Exponit per exempla dicta3 diffinitionem circa quod duo facit. primo īducit exēplu3. ſcd̄o probat dictum ibi (ſi eni3 quis) ⁊ patet quod dicitur ex predictis.

**Ad maiorem** euidentia3 ꝑdictoꝝ q̄rit̄ de diffōne vniuocoꝝ vtꝝ ſit cōueniēs. arguit̄ ꝙ nō. q2 albū ꝑdicat̄ de hoīe ⁊ equo ꝑm eādē rōnem. alr̄. n. eſſet equocū. ⁊ tn̄ non eſt vniuocū ꝑdicatū reſpectu illoꝝ. q2 eſt denoīatiuu3. ¶ Silr̄ ar. de omni ꝑdicato denoīatiuo ⁊ maxime de ītentiōib⁹. q̄re hoc ptūm gen⁹ dr̄ ꝑm eādē rōnē de ſubā ⁊ q̄titate ⁊ tn̄ nō eſt vniuocū. q2 eſt denoīatiuu3. q2 denoīatiuū ⁊ vniuocū ſunt oppoſiti modi ꝑdicādi ſicut vniuocū ⁊ equocū. ¶ 2°. oīa equoca habēt idē nomē. ſ. hoc nomē equoca ⁊ eandē rōne3 ſubē. i. eēntialē ꝑ3 illud nomē. ſ. rōnē equocoꝝ. ergo ſi dicta diffinitio eſſet ꝯueniēs oīa equoca eſſent vniuoca. qd̄ eſt falſu3. q2 oppoſitū ꝑdicat̄ de oppoſito. ¶ 3°. quoꝝ eēntialr̄ rō eſt eadē ipſa ſunt eadē eſſentialr̄. ſed vniuoca vniuocata habēt eādē rōnē ſubē vniuocātis. ergo oīa vniuoca eēnt eadē eēntialr̄. qd̄ eſt falſu3. q2 ſic hō ⁊ aſin⁹ eēnt idē eēntialr̄. ¶ Jn oppoſitū eſt Ari. ¶ Rn̄deo ⁊ dico ꝙ iſta notificatio aut diffinitio eſt ꝯueniēs ſi itelligat̄ vt expoſita eſt. ¶ Ad ꝑmū argumentum dico ꝙ hō ⁊ equus nō ſunt vniuocata ſub albo: nec quecūq3 alia ſub alio ꝑdicato denoīatiuo: q2 vniuoca ſunt quoꝝ nomen eſt cōe ⁊ rō ſubē vniuocantis eſt eadē: que rō ſubſtātie eſt eis rō ſubſtātie l3 nō ꝓpꝛia: ſicut rō aīalis eſt eſſentialis hoī ⁊ equo. l3 nulli eoꝝ ſit ꝓpꝛa: ſic ergo o3 ītelligi ꝙ rō ſit eadē ⁊ eēntialr̄ vniuocatis. qd̄ nō eſt veꝝ de denoīatiuo q2 rō vniuſcuiuſq3 denoīati nō eſt rō ſubē denoīantis. vn̄ īfra. ca. de ſuba. dicit ꝙ albū ꝑdicat̄ de coꝛpe. rōnē vō albi de ipō ꝑdicari ēipoſſibile. qd̄ eſt ītelligēdū ita ꝙ illa rō ſit rō coꝛpis. ¶ Ad 2ᵐ dicit̄ dupl̄r. vno modo concedēdo concluſionem ꝙ oīa equoca ſunt vniuoca: nec ꝑdicat̄ oppoſitū de oppoſito ſic nec h̄. genus eſt ſpēs. vt dictū eſt ī poꝛ. qd̄libet enī illoꝝ poteſt accipi vt gd aut vt modus. ⁊ vnū vt modus dr̄ de altero vt eſt gd. ¶ Alio āt modo. dr̄ ꝙ nō ſeqt̄. equoca habēt hoc nomē cōe equocū ⁊ rōnē ſubē hui⁹ noīs eandē. ergo habent ide3 nomē ⁊ eādē rōnem. ſ3 eſt fallacia ꝑ3 gd ad ſimpl̄r. q2 habere hanc rōnem eandē eſt habere ſimpl̄r diuerſam rōnem ⁊ ꝑ3 gd eandē: ſicut cōuenire in dr̄ia ē cōuenire ꝑm gd ⁊ differre ſimpliciter. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ quoꝝ eſt rō ꝓpꝛia ⁊ completa eadē ipſa ſunt eadē eēntialr̄. ſed vniuocatoꝝ nō eſt rō ꝓpꝛia eadem: l3 ſit eis ratio eadē vniuocātis q̄ tamen ratio nulli eſt ꝓpꝛia vniuocatoꝝ.

**¶ Denominatiua vero dicuntur quecūq3 ab aliquo ſolo differentia caſu ſecundum nomen habēt eande3 appellationē. vt a grāmatica grāmaticus. ⁊ a foꝛtitudine foꝛtis.**

ꝑonit. 3. diffinitionem circa quo duo facit. primo diffinitionem ꝓponit. 2°. eam exponit ibi (vt a grāmatica) Dicit ergo ꝙ denoīatiua dicunt̄ quecūq3 ab aliq̄ ꝑncipali ⁊ abſtracto ꝑm nomen habent appellationē dr̄ia ab ipſo ſolo caſu. i. ſola cadentia aut cōcernentia ſine ꝯcretione. ſ. ad ſub3 po

ſtea expōit p ex̄epla. vt a grāmatica dicit̄ grāmaticus. a for titudine fortis. ¶ Notandum q̄ denominatio ſumitur ꝓprie ⁊ ĩproprie: ſiue large. ad denoīatione ꝓprie dictam q̄tū ad plenā rōnem eius ƺ quod vſi ſunt phi de ea duo requirūtur. ſ. cōuenientia vocalis ⁊ participatio realis. conuenientia vocalis: ita. ſ. q̄ illud denoīatū cōicet cuƺ eo a quo denoīat̄ in pncipio nominis. ⁊ differat ꝑm finē eiuſdē noīs: ſicut ſe hƺ ad iuſtitiā iuſt⁹ ad vtutē virtuoſus. requirit̄ etiā z° participatio realis: ita vƺ q̄ denoīatiuū participet realr̄ q̄litateƺ a qua denoīat̄: ſicut iuſt⁹ participat realr̄ iuſtitiā. ſic aūt non denoīat̄ ſtudioſus a virtute: vn̄ ſi dicat̄ ſtudioſus q̄ hƺ virtutē hoc nō dr̄ ꝓprie denoīatiue. ſƺ magis et hīmologice ꝑƺ dam. in logi. ſua. ca. z. ¶ Alio mō denoīatio dr̄ improprie ⁊ extēſo noīe ꝓ q̄cūq; denoīatiōe ſiue nūcupatiōe q̄ tribuit̄ alicui ex q̄litate qua dr̄ eē talis: ꝑm q̄ vulgariter dr̄ q̄ a fine denoīandū eſt vnūqōq;: ⁊ q̄ vnūqōq; dƺ denoīari a nobiliori ⁊ notiori: ⁊ hoc mō q̄cq̄d dr̄ de aliquo tale aut quale pōt dici q̄ denoīatiue dr̄ ab eo: ⁊ ſic ſtudioſus denoīatiue dr̄ a virtute ĩproprie loquēdo. pƺ ergo q̄ ad denoiationē ꝓprie dictā attēdit̄ participatio realis ⁊ ɔuenientia vocalis mō dicto. ad denoīationē aūt large acceptā attēditur ſolūmodo participatio realis: hoc pƺ p dam. vbi ſupra ⁊ pōt haberi a phō iferius c° de qualitate.

Ad maiorem euidētiā pdictoꝝ q̄rit̄ de diffinitōe denoīatiuoꝝ vtꝝ differāt ſolo caſu .i. ſola cadētia ad ſubm a pncipalib⁹ a qb⁹ habēt denoīationē: an differāt ĩ ſignificatis. Et hoc eſt q̄rere an denoīatiuū idē ſignificet qδ abſtractū. ſ. formā tm̄. vel aliud vt ſubm. ⁊ ar. q̄ ſignificet ſubƺ. q2 ſignificare eſt itellectū ɔſtituere. ex pmo phier. c° de vbo. nomē ɔcretū platū ɔſtituit itellectuƺ ſubi. ergo illud ſignificat: ꝓbatio mi. q2 ɔſtituit itellectum accn̄tis. ⁊ illud ipoſe eſt itelligi ſine ſubo. Tum q2 ipoſe eſt ipm ſine ſubo eē. ⁊ vnūqōq; ſicut ſe hƺ ad eē ita ad veritatē .i. ad cognitionē verā. ex z° meta. Tū q2 ſuba eſt pmū oīuƺ cognitiōe ex. 7. meta. ergo nihil ſignat̄ ſine illa. ꝓ hoc etiam ꝓbat̄ q̄ ſubm pmo ſignat̄. q2 illud pmo itelligit̄ ꝓlata voce. q2 accn̄s nō pōt eē ſiue itelligi ſine illo ⁊ illud eſt prius cognitiōe ipo accn̄te. ¶ P. idē ſignificat nomē ⁊ diffinitio. ex 4. meta. rō quā ſignificat nomē eſt diffinitio. ſed diffinitio ɔcreti hƺ in ſe ſubm ⁊ accn̄s. q2 accn̄s diffinit̄ p ſubaƺ. ex. 7. meta. ergo ſignificat vtrunq;. ¶ P. dictio excluſiua excludit qδlibet qδ eſt extra p ſe ſignificatū termini. ſed addita termino ɔcreto nō excludit ſubm. ergo ⁊c̄. ꝓbatio mi. ſic dicēdo. tm̄ albū currit. nō excludit̄ corp⁹: q2 ſeq̄tur. tm̄ albuƺ currit: ergo albū currit. ⁊ vltra ergo corp⁹ currit. ḡa pmo ad vltimū: ſi tm̄ albū currit. ergo corpus currit. ¶ P. 7. meta. dr̄ q̄ in dictis ꝑm accn̄s nō eſt idē qδ q̄d eſt cuƺ illo cui⁹ eſt ꝓpter duplex ſignificare vt muſicū ⁊ albū. ergo hō ſignificat duo. ¶ Cōfirmat̄ p cōmē. pmo phy. ⁊. iz. meta. vbi vult q̄ nomē ɔcretū ſignificet formā ⁊ ſuſceptiuū. ¶ In oppoſitum eſt Ariſto. h. ⁊ infra. c. de ſuba. vbi dr̄ q̄ albū nihil ſignificat pter qualitatē. ¶ Rn̄deo in iſta q̄ōne pmo ponit̄ ɔ°. z° addet̄ ei⁹ declaratio. ¶ Quantū ad pmū. ɔcluſio eſt iſta. q̄ denoīatiua differūt ſolo caſu a pncipalib⁹. ⁊ nō in ſignificato: q2 abſtracta nō ſignificāt ſubiecta. ergo nec denoīatiua: hāc ꝓbo ſic. q2 ſi ɔcretū ſignificat ſubm. ergo iſta. albū eſt lignū. eēt p ſe: q2 ſubm quo ad ſuū ſignificatū natū eēt ꝑm ſe ſupponere. ⁊ pdicatū eēt de eēntia ſubi: ɔn̄s tn̄ eſt falſuƺ ex z° poſteri. vbi iſta dr̄ eē p accn̄s. ¶ P. ſi ɔcretū ſignificaret ſubm tūc nō diffiniret̄ p additamētū. ɔn̄a pƺ. q2 tunc q̄cq̄d poneret̄ in ei⁹ diffinitiōe eēt de rōne ei⁹ eēntiali. ɔn̄s aut eſt ɔ Ari. 7. meta. ¶ P. ipoſe eſt reb⁹ diuerſoꝝ generꝝ ḡnaliſſimoꝝ eē aliq̄; rōneƺ ſube cōeƺ. ergo nomen ſignificans talia duo nō pōt eē vniuocuƺ: ſed ſubƺ ⁊ accn̄s ſunt diuerſoꝝ generꝝ. ergo ſi ɔcretuƺ vtrunq; ſignificet eēt ſimplr̄ equocuƺ. qδ nō videt̄ ɔueniēs: q2 tunc illa ꝓpoſitio nō eēt ſimplr̄ vera in qua poneret̄ ɔcretū: nulla etiā in eis eēt ɔdictio: nulla ɔn̄a. paſſio etiā nō poſſet demōſtrari de ſuo ſubo cuƺ ſit cōcretuƺ: ⁊ ĩ demōſtratōe nō eſt aliq̄d equocuƺ ex pmo poſte. hec autē oīa vident̄ ĩconueniētia. ¶ Quātuƺ ad z° eſt itelligēduƺ q̄ lƺ accn̄s nō ſit ſine ſubo. eſt tn̄ in ſe q̄dā eēntia diſticta ab eēntia ſubi. lƺ nō adeo pfecta. nā ĩ omni genere eſt reperire q̄d. ex p topi. Siılr̄ niſi eēt eēntia diſticta in ſe a ſubo nō eēt p ſe i alio gn̄e a ſubo. qδ eſt manifeſte falſū: q̄libet āt eēntiā ɔuenit ſub ꝓpria rōne itelligere: ⁊ ſic ſignificare. ⁊ tali mō itelligēdi corrn̄det modus ſignificādi ɔcretus. ſicut igit̄ eadem eēntia itelligit̄ ſub vtroq; mō itelligēdi. ſic ideƺ ſignificat̄ per cōcretuƺ ⁊ abſtractuƺ nomē. ſed diuerſo mō ſignificādi. ⁊ ꝓpter iſtuƺ mōƺ ſignificādi dr̄ forte ſubƺ cointelligi. nō tanq̄; illi itellectui p ſe itraneuƺ: ſƺ tanq̄; illud ad qδ depēdet illud itellectuƺ ſub tali mō itelligēdi. ¶ Dicēdum ergo ad q̄ōnē q̄ ɔcretuƺ. nō ſignificat ſubm. ſƺ tm̄ formā. ¶ Ad p^{m} in opp^{m} dico q̄ ſicut aliq̄d ɔſtituit itellectuƺ alicui⁹ ſic ſignificat illud: nomē āt cōcretuƺ non principalr̄ ɔſtituit itellectum ſubiecti. ſed tm̄ ex hoc q̄ illud cui⁹ pmo itellectuƺ ɔſtituit ſub tali mō itelligēdi depēdet ad ſubm. ⁊ ita ſignificat ipƺ: hoc eſt ex tali mō ſignificādi dat itelligere q̄ nō eſt ſignificare. vt nunc loq̄mur de ſignificatione q̄ eſt repſentatio alicui⁹ ex ĩpoſitiōe. ¶ Ad ꝓbationē mi. cuƺ dr̄. impoſe eſt accn̄s itelligi ſine ſubo. verꝝ ē. ita q̄ li ſine ſubo dicat modū itellecti. Alio⁹ pōt accipi vt dicat moduƺ act⁹ itelligēdi ſub h̄ ſenſu. ipoſe ē itelligere accn̄s ſine h̄ q̄ ſubƺ itelligat̄: ⁊ tunc pōt rn̄deri ꝑm pdicta vbi ſubƺ itelligit̄ nō vt p ſe itra itellectū accn̄tis: ſƺ vt id ad qδ depēdet itellect⁹. ⁊ ſic ſignificat̄. ¶ Cum obycit̄ q̄ ſubm pmo ſignificat̄. q2 illud pmo itelligit̄ per vocē. pōt dici q̄ aliq̄d p̄ itelligi p vocē eſt duplr̄. aut ſine quo nō: aut ex itentiōe ipōētl. ¶ Primo mō pōt ſubm itelligi p. q. ſine quo nō itelligitur accn̄s. z°. nō itelligit̄ ſubiectuƺ p. ſic p hāc vocē hō p̄ itelligit̄ aīal tanq̄; ſine quo nō itelligit̄ hō. ſed nō pmo quo ad itētioneƺ ĩponentis vel pferētis. ¶ Ad z^{m} dico q̄ eſt duplex diffō vna ſimplr̄ q̄ eſt bn̄tis qδ q̄d eſt ſimplr̄ vt ſube. ⁊ iſta diffinitio tm̄ hƺ gen⁹ ⁊ dr̄aƺ q̄ ſunt itranea p ſe de itellectu ſpēi. ⁊ de illa eſt ma. vera. ⁊ ꝓbatio eiuſdē. 4. meta. ¶ Alia eſt diffinitio p additamētū. vbi. ſ. aliq̄d addit̄ pter eēntialia diffiniti ⁊ talis eſt accn̄tiū: q2. n. accn̄a nō cog̅ſcunt̄ cōplete ſine ſubo: ⁊ diffō dat̄ cā cōplete cognitōis hn̄de. iō nō diffiniunt̄ ſine ſubo: ſƺ q2 talis diffō aggregat in ſe aliq̄d. nō de eēntia diffiniti. iō plus ſignificat q̄; nomē diffiniti. de tali nō eſt vā ma. nec ei⁹ pbō. ¶ Ad 3^{m} dico q̄ ma. ē falſa q̄n qδ ĩcludit̄ cōparat̄ ad reale pdicatū. tūc. n. nō excludit̄ niſi diuerſū ab eo reſpectu pdicati. q2 ſincathegoremata diſponunt ſubƺ ĩ cōpatōe ad pdicatū. reſpectu aūt pdicati realis nō ē ſubƺ diuerſū ab accn̄te ɔcreto. iō nō excludit̄. vn̄ dr̄ cōiter q̄ excluſio nō ſp̄ excludit aliud ƺ eēntiā: ſƺ ƺ eē: qδ maxīe ē verꝝ reſpcū realis pdicati. ¶ Ad auctē Ari. itelligit de hoīe albo ⁊ hō de qb⁹. ꝓpoſuit dubitationē ĩ pn°. c. illa. n. ſunt entia ꝑm accn̄s ƺ ipƺ ĩ. 5. meta. ¶ Ad auctē ɔmētatoris itelligēdū ē ſignificare extēſiue. ꝓ dare itelligere. q2 alr̄ eēt ɔri⁹ ſibi. i. 5. meta. vbi oppo^{m} vr̄ velle. ¶ Si q̄rit̄ q̄lr̄ dicte diffōnes valeāt ad ꝓpoſitū: dicēdū q̄ ea q̄ ſūt ĩ pdicamēto pn̄t cōparari ad illa q̄ ſunt ſui gn̄is vel alteri⁹. ſi p̄ mō: ſic ordinant̄ ꝑm ſub ⁊ ſupra. ⁊ oīa ſupiora vniuoce de iferiorib⁹ pdicant̄: ſi z° mō ſic pdicant̄ de ſeīuicē denoīatiue. ſcire ḡ oƺ q̄d ſit vniuocū ⁊ q̄d denoīatiuū. de equoco autē determinat̄ p oppoſitionē eius ad vniuocum ⁊ vt talis pdicatio caueatur.

Eorum vero que dicuntur: alia q̄dem ſecundum ɔplexionem dicūtur: alia vero ſine ɔplexione. ⁊ ea que ſecundum ɔplexionē dicunt̄ ſūt vt homo currit. ⁊ homo vincit.

Ea vero que ſine cõplexione dicunt̃ ſunt vt ho mo bos vincit currit.

¶ Poſtq̃ phs premiſit quaſdam diffinitiones. nunc ponit q̃ſdã diuiſiones: ⁊ ſunt due. q̄ꝛ ſcḋa ponit̃ ibi (Eoꝝ q̃ ſunt) Circa pmũ. z. facit. ꝑ pmittit diuiſionẽ. z° ſubiũgit declara tionẽ. ibi (Ea q̃ ſm) dicit g̃ ꝙ eoꝝ q̃ dicunt̃. i. ꝯcipiunt̃ vel etiã ꝓferunt̃. alia dñr ſm cõplexione. i. cõpoſitionẽ aliq̃ꝝ adiuicẽ. alia ſine cõplexione. ¶ Poſtea declarat p exẽpla. q2 dicẽdo hõ currit ⁊ hõ vicit. illa dñr ſ3 cõponez. ⁊ hõ ſeoꝛ ſu3 ⁊ bos ⁊ vicit ſilr ſeorſũ dñr ſine cõplexione. ¶ Notãdũ ꝙ iſta diuiſio ꝓ tãto eſt ad ꝓpoſitũ: q2 res exñtes in pdica mẽto ſeorſũ accepte dñr icõplexe. diucte vo adiuicẽ faciũt cõplexionẽ. ⁊ rñdet iſta diuiſio duplici actui intellect°. 3. de anima. quoꝝ vnus eſt itelligentia icomplexoꝝ. z° autẽ eſt cõponere ⁊ diuidere incõplexa. ¶ Deĩde cum dicit.

¶ Eorum vero que ſũt alia de ſubiecto quoda3 dicuntur in ſubiecto vero nullo ſũt. vt homo de ſubo qdẽ dr̃ aliquo hoie. in ſubo vero nullo eſt.

Ponit ſcḋa3 diuiſionẽ q̃ eſt q̃trimẽbꝛis. iõ pma ps diuidit̃. i. 4. ſm q̃tuoꝛ mẽbꝛa diuiſionis. z° ponit̃ ibi (alia vo i ſubo qdẽ) 3° ibi (alia vo ⁊ in ſubo ſũt) 4° ibi (alia vo neq3) dic̃ g̃ ꝙ eoꝝ q̃ ſũt. i. ꝯcipiunt̃ ⁊ q̃ ſũt ſ3 rõnẽ. alia dñr de qdã ſubo. i. pdicant̃ eẽntialr̃ de aliq̃ iferioꝛi. i ſubo aũt nõ ſunt. vt hõ dr̃ de aliq̃ hoie ſubo. in ſubo aũt nõ ẽ. ¶ Notãdũ ꝙ vt dice bat̃. ſ. in poꝛ° eẽ i. vt diuidit̃ ꝯ dici de. i loco illo ẽ nomẽ ſcḋe ĩpõnis. ⁊ ſignificat eẽ i. pdicationẽ eoꝝ q̃ ſũt ex eẽntiã ſubi ⁊ alteri° gñis a ſubo: ſicut pdicari deſignat ꝓpriã pdicationẽ eẽntialiũ q̃ ſũt i eodẽ gñe cũ ſubo: quõ ſupioꝛa de iferioꝛib° pdicant̃ i eodẽ gñe. ⁊ h̾ mõ manifeſtũ eſt ꝙ hõ ⁊ q̃cũq3 vl̃ia in genere ſubſtãtie dicuntur de. ⁊ non ſunt in.

¶ Alia autem in ſubiecto quidẽ ſunt. de ſubiecto autem nullo dicuntur. In ſubiecto autẽ eſſe di co qḋ cum ſit in aliquo non eſt ſicut quedã pars ⁊ impoſſibile eſt eẽ ſine eo in quo eſt: vt quedã grãmatica i ſubo qdẽ ẽ i aĩa. de ſubo vero nullo dr̃. ⁊ qḋdã albũ i ſubo qdẽ eſt coꝛpe. omnis enĩ coloꝛ in coꝛpe eſt. de ſubiecto aũt nullo dicitur.

Ponit z^m mẽbꝝ. circa qḋ. 3. facit. ꝑ ꝓponit ĩtentũ. z° expo nit qḋdã dcm̃ ibi (i ſubo aũt) 3° adduc̃ exẽplũ ibi (vt qdã) dicit g̃ ꝙ alia ſũt q̃ de nullo ſubo dñr. ſunt tñ i ſubo. ¶ Po ſtea exponit qd dr̃ p eẽ i ſubo: dicẽs ꝙ illud dr̃ eẽ in ſubo qḋ ẽ in aliq̃ nõ ſic ps ei°. ipoĩe eſt tñ eẽ ſine illo in q̃ eſt ⁊ ille eſt modus eẽndi accñtis i ſubo. ¶ Ulteri° qḋ dixerat exponit p exẽplũ i idiuiduis accñtiũ. vt qdã grãmatica ẽ in aĩa vt̃i ſubo ⁊ qḋdã albũ in coꝛpe. q2 oĩs coloꝛ eſt in coꝛpe. nullũ tñ hoꝝ dicit̃ de ſubiecto. q2 idiuiduũ nullũ h3 iferius de quo eſſentialiter dicatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alia vero ⁊ de ſubo dñr. ⁊ in ſubo ſũt. vt ſcia i ſubo qdẽ ẽ i aĩa. de ſubo vero dr̃ vt d̾ grãmatica.

Ponit 3^m mẽbꝝ di. ꝙ alia ſunt q̃ ſunt in ſubiecto ⁊ dñr de ſubiecto vt gnãlr̃ vl̃ia accñtiũ vt ſcia ẽ in aĩa vt i ſubiecto ⁊ dr̃ eẽntialr̃ de grãmatica vt de ſubiecto. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Alia vero neq3 in ſubiecto quidem ſunt. neq3 de ſubo dñr. vt aliqs hõ vl̾ aliqs equ°. Nihil. n. hoꝛu3 neq3 in ſubo eſt: neque de ſubiecto dicit̃.

Ponit 4^m mẽbꝝ. circa qḋ. z. facit. ꝑ exponit ĩtentũ. z° ifert coꝛrl̾e q̃dã vl̾e3 regulã ibi (ſimplr̃ aũt) dicit g̃ ꝙ alia ſũt q̃ nec dicunt̃ de ſubo nec ſũt i ſubo. vt generalr̃ oĩa idiuidua de gñe ſubſtãtie. verbi gratia. aliqs homo aliqs equus.

¶ Simpliciter aũt que ſunt indiuidua ⁊ nume ro ſingularia de nullo ſubo dñr. i ſubo aũt nihil ꝓhibet ea eẽ. Quedã enĩ grãmatica i ſubo eſt:

Infert vnã ꝓpõnẽ vl̃em ex dictis dicẽs ꝙ ſimplr̃. i. vl̃r oĩa idiuidua ⁊ numero ſingularia de nullo dñr ſubo. tñ nihil ꝓ hibet ea eẽ in ſubo. rõ pmi eſt: q2 nullum idiuiduũ h3 aliqḋ iferi° ſub ſe de q̃ vt de ſubo eẽntialr̃ dicat̃. rõ ſcḋi ẽ. q2 aliqḋ idiuiduũ ẽ de genere accñtis qḋ o3 eẽ in ſubo. vt qdã grã matica ẽ i ſubo. ¶ Notãdũ ꝙ iſta diuiſio ꝓ tãto videt̃ va lere ad ꝓpo°: q2 ex ipa ht̃ mod° pdicãdi eoꝝ q̃ i pdicamẽto ſũt: ſiue cõparent̃ mutuo in eodẽ gñe: q2 ſic dñr de. vel nõ. Siue i diuerſis generib°. quia ſic ſunt in. vel non ſunt in. vt p3 ex predictis. ¶ Sequitur illa pars.

¶ Quãdo alterũ de altero predicat̃ vt de ſbiecto quecũq3 de eo quod predicat̃ dicuntur oĩa hec ⁊ de ſubo dicunt̃: vt hõ de quodã hoie pdicat̃. aĩal vero de hoĩe. ergo ⁊ de quodã hoie aĩal pdi cabitur. quidã enĩ homo ⁊ homo eſt ⁊ animal:

Ubi ponit. z. regulas. q̄ꝛ z^a ponit̃ ibi (diuerſoꝝ geneꝝ) p° ps diuidit̃ i. z. ꝑ ponit ĩtentũ. z° exponit p exẽplũ ibi (vt hõ pdicat̃) qdã. n. hõ ⁊ eſt hõ ⁊ aĩal. ¶ Patet autẽ q̃lr̃ regula deſuiat ad ꝓpoſitũ. q2 ex ipa habet̃ habitudo ⁊ oꝛdo eoꝝ q̃ in eodẽ pdicamẽto ponunt̃ ſm ſub ⁊ ſupꝛa.

Ad maiorem euidentia3 huius pme regule q̃rit̃. Utꝝ va ſit vel falſa. arguit̃ ꝙ ſit fal ſa. q2 aĩal ẽ pdicatũ d̾ hoie ⁊ albũ de aĩali. g̃ ⁊ albũ d̾ hoie. ſ3 iſtã g̃ regulã teneret iſta ꝯñtia. aĩal ẽ albu3. g̃ hõ ẽ alb°. vbi vr̃ eẽ fallacia ꝯñtis. q2 aña põt eſſe veꝝ ſine ꝯñte. ¶ P̄. ſm hãc regulã ſeq̄ret̃. ſuba ẽ gnãli°. g̃ aĩal ẽ gnãli^m. qḋ ẽ falſũ. ¶ P̄. ſi q̄cqd pdicat̃ de pdicato pdicat̃ de ſubo. ſ3 predica tũ. pdicat̃ de pdicato q2 pdicatũ ẽ pdicatũ. g̃ pdicatũ pdi cat̃ de ſubo. g̃ ſub^m eſt pdicatũ. qḋ eſt manifeſte ſlm. ¶ In opp^m ẽ Ari. ¶ Rñdeo. h̾ dr̃ a q̄buſdã ꝙ regula ẽ bona ⁊ va qñ h3 iſtas. 3. ꝯditiões: qñ. ſ. aliq̃ ſumunt̃ i eodẽ gñe eẽntialr̃ oꝛdinata: q2 tunc q̄cqd pdicat̃ eẽntialr̃: vt h̾ ſumit̃ pdicari: de pdicato: eẽntialr̃ pdicat̃ de ſubo: ⁊ cũ h̾ etiã ẽ itelligẽda regula qñ pdicatũ itermediu3 nõ variat̃ in cõparatiõe ad pdicatũ de ipo ⁊ ad ſub3 de q̃ pdicat̃. ¶ Itẽ 3° regl̾a d3 itel ligi de pdicari ſignificato in ĩtentõib° ⁊ de pdicari exercito ĩfũdamẽtis: Per pmã ꝯditionẽ ſoluunt̃. z. pma argumẽta. q2 albũ ⁊ gnãliſſimũ nõ pdicat̃ eẽntialr̃ d̾ ſuba ⁊ aĩali. Silr̃ z^m ſoluit̃ penes variationẽ pdicati itermedij. q2 ſic arguẽ do fit falla accñtis. Per. 3. ꝯditionẽ ſoluit̃ 3^m ar°. q2 ibi ar. i ĩtentõib° cũ eẽ p qḋ exercet̃ pdicatio: iõ nõ t3. ¶ Cõtra iſtũ modũ exponẽdi ar. q2 ſm oẽs iſtas ꝯditões hec ꝯña eẽt bo na. aĩal ẽ ſuba. g̃ hõ ẽ ſuba. q2 hic ſumunt̃ tria eẽntialr̃ oꝛdi nata i eodẽ gñe. nec variat̃ pdicatũ iter mediũ. ⁊ ar. i pmis ĩtẽtõib° de pdicari exercito. ſ3 iſta ꝯña nõ val3. g̃ oẽs pdicte ꝯditões nõ valẽt: q2 nõ ſaluãt v̾itatẽ reglẽ. pbõ mi. q2 ſeq̄t̃ aſin° ẽ ſuba. g̃ aĩal ẽ ſuba. ⁊ nõ ſeq̄t̃. aſin° ẽ ſuba. g̃ hõ ẽ ſuba. igit̃ iſta. hõ ẽ ſuba. ẽ aña nõ ꝯuertibilis iſti. aĩal ẽ ſuba. g̃ ecõ uerſo arguẽdo. aĩal ẽ ſuba. g̃ hõ ẽ ſuba. eſt falſa ꝯñtis a põne ꝯñtis ⁊ a ꝓpõne hẽnte pl̾es cãs v̾itatis ad vnã illaꝝ. ¶ Di cẽdũ g̃ ꝙ nõ ſeq̄t̃ formalr̃. aĩal ẽ ſuba. g̃ hõ ẽ ſuba. ſicut nec ſeq̄t̃. ſuba eſt alba. g̃ aĩal eſt albũ: q2 ex ſignificatõe ſmonis vtrũq3 aña ſe h3 eodẽ mõ ad ꝯñs. ¶ Alr̃ g̃ dicẽdũ ad q̄õnẽ ꝙ regula ẽ vera. q2 p ſe dat̃ de ſcḋis ĩtentiõib° ſic logic° d3 loq̄: ⁊ ſumẽdo pdicari ꝓpe ꝙ ẽ p alio dici: tc̃. n. tñ ⁊ nõ plus ſignificat̃ p regulã niſi ꝙ ẽ p̄us poꝛe ẽ p̄us poſterioꝛe: vel qḋ ẽ ſupi° ſupioꝛe ẽ ſupi° iferioꝛe: cui° v̾itas nulli ẽ dubia. ⁊ ita ꝯueniẽter ponit̃ vt regula. q2 eius veritas eſt oĩbus nota.

Hoc viſo occurrũt duo dubia. ¶ Pꝛi^m ẽ. q2 ari. exẽ plificat d̾ reb° pme ĩtẽtiõis. q̄rit̃ g̃ quõ ſm hãc regulã arguẽdũ ẽ i illis. Dicẽdũ ꝙ ari. ſic exẽplificat vt hõ pdicat̃ d̾ qdã hoie. aĩal vo de hoie. g̃ ⁊ d̾ qdã hoie aĩal pdicat̃ vbi ſignificat̃ aĩal eẽntialr̃ pdicari d̾ hoie. ſi g̃ d̾beat

exerceri iſta ꝑdicatio cū h̄ v̄bo ē.oꝫ ad arguēdū ſm regulā modificare ꝯpōnē ꝑ aliqd qđ notet ꝑdicatū ꝑdicari đ ſubo ſić hic ſumit̄ ꝑdicari.ſ.eēntialr̄.⁊ tūc eſt ſic arguēdum. hō ꝑ ſe ꝑ̊ mō vel eēntialr̄ eſt aīal.qdā hō ꝑ ſe ꝑ̊ mō eſt hō.ḡ qdā hō ꝑ ſe ⁊ eēntialr̄ eſt aīal.ſi aūt abſolute arguat̄.aīal ē ſuba. ḡ hō:nihil exꝓmit̄ in an̄te qđ notet ibi v̄tutē huiꝰ regule.qꝛ per eſſe abſolute nō ſignat̄ ꝑdicatuꝫ ꝑdicari.i.eſſe ſubiecto prius:vel ſuperius ipſo.

**Secundum** dubiū eſt.cū mō dc̄m ſit ꝙ Ari.ſumit ī lr̄a abſolute cōpoſitionē dicēdo ſic.qdā.n.hō ⁊ hō eſt ⁊ aīal.⁊ nō cū aliq̄ modificatiōe.dicēdū ꝙ ītelligit ꝑ ſe.qꝛ ſic expꝛ̄ſſit ꝑ̊us in ſcđis ītentiōibꝰ dicēdo.aīal ꝑdicat̄ de hoīe.vn̄ h̄ 2^m^ ē ītelligēdū vt ꝑcedēs. ¶ Ad duo argumēta ꝑ̊ma ꝯ̄ regulā pꝫ ex dcīs.qꝛ nō ar.ſꝫ ītentionē regule.⁊ vtrobiqꝫ cōmittitur falla. ¶ Ad 2^m^ dico ꝙ reſpectu ſubi ꝑdicatū ē ꝑdicatū tm̄ ꝑdicatione ſignata. ſꝫ ꝑdicatuꝫ reſpcū ꝑdicati ē ꝑdicatū ꝑdicatōe exercita. regl̄a āt ē ītelligēda ꝑdicatōe vtraqꝫ vniformiter ſūpta. ¶ Deide cū dic̄.

¶ **Diuerſoꝝ generū ⁊ nō ſubalternatim poſitorū diuerſe ſunt ſpēs ⁊ dr̄ie vt aīalis ⁊ ſcie. Aīalis qdē dr̄ie ſūt vt greſſibile ⁊ volatile ⁊ bipes. Scie vero nulla eaꝝ ē:neqꝫ eni ſciētia differt a ſcia ī eo quod bipes ē: Subalternoꝝ vero generū nihil ꝓhibet eaſdē eē dr̄ias. Supiora.n. de īferiorībꝰ ꝑdicant̄.q̄re quecūqꝫ ꝑdicati dr̄ie fuerint eedē erūt ⁊ ſubiecti.**

Ponit ſcđaꝫ regulā.circa qđ.2.facit.ꝑ̊ regulā ponit.2° ipſaꝫ exponit ibi(vt aīalis ⁊ ſcie)dicit ḡ ꝙ diuerſoꝝ geneꝝ ⁊ nō ſubalternatī poſitoꝝ ſūt diuerſe ſpēs ⁊ dr̄ie. ¶ Poſtea exponit regulā.ꝑ ꝑ exēplū ad ꝓpoſitū.qꝛ aīal ⁊ ſcia q̄ ſunt duo gn̄a diuerſa mō dcō.hn̄t diuerſas ſpēs ⁊ dr̄ias.pꝫ in lr̄a.ḡ ꝑ exēplū ad ꝓpoſitū ꝙ geneꝝ ſubalternoꝝ nihil ꝓhibet eaſdē eē dr̄ias:cuiꝰ cāꝫ ponit.qꝛ ſupiora de īferioribꝰ ꝑdicant̄. ḡ dr̄ie q̄ ſūt gn̄is ꝑdicati ⁊ ſupioris eedē erūt gn̄is ſubi ⁊ īferioris. ¶ Notandū ꝙ iſtud dc̄m(qn̄ alteꝝ)lꝫ hēat v̄itatē de dr̄ijs tā ꝯſtitutiuis q̄ꝫ diuiſiuis gn̄is ſupioris q̄tenꝰ dr̄ie ꝯſtitutiue ſūt de eēntia ſupioris.⁊ ꝑ ꝯn̄s īferioris. Dr̄ie etiā diuiſiue ſupioris ſūt ꝯſtitutiue īferioris.tn̄ phs appropate videt̄ loqui de cōſtitutiuis generis ſuperioris.qꝛ ille ꝑdicātur de genere ſuperiori.⁊ per ꝯn̄s de īferiori.ſunt etiam de eſſentia ſuperioris.ergo īferioris.

**Ad euidentiam** maiorē ꝑdictoꝝ de v̄itate huiꝰ regule(diuerſoꝝ)q̄rit̄ vtꝝ idē aliqd poſſit eē in diuerſis gn̄ibꝰ.ar.ꝙ ſic.qꝛ corpꝰ eſt in gn̄e ſube ſm porꝛ^m^:⁊ in genere q̄ꝫtitatis ſm Ariſto.c.de q̄ꝫtitate. ¶ Pꝫ figura ē ī genere q̄ꝫtitatis.qꝛ geometra q̄ tm̄ ꝑ ſe ꝯſiderat q̄ꝫtitatē ꝑ ſe ꝯſiderat figurā.⁊ figura etiā eſt ī genere q̄litatis ſm Ari.c.de q̄litate. ¶ Pꝫ.ſcia ꝑ ſe eſt in genere q̄litatis.qꝛ ē in ꝑ̊ma ſpē.⁊ ē etiā ꝑ ſe relꝫ ſm Ari.c.de relatōe in.5.meta. ¶ Pꝫ.duplū ⁊ dimidiū ſūt q̄ꝫtitates ꝑ ſe. ſūt etiā rl̄a. ¶ Pꝫ.ꝓpꝛiū eſt ſm q̄litatē ſil̄e vel diſſil̄e dici.⁊ ſm q̄ꝫtitatē eq̄le ⁊ ieq̄le.ḡ ſūt hec in illis gn̄ibꝰ.ſūt etiā ꝑ ſe rel̄a ſm Ari. ¶ Pꝫ.īfra c° de q̄litate in fine dicit Ari.ꝙ idē ipꝫ q̄le ⁊ relm̄ eē nihil eſt icōueniēs:⁊ ſic in vtriſqꝫ gn̄ibꝰ annumerātur. ¶ In oppꝰ eſt Ari.⁊ ꝓbat̄ rōne:qꝛ q̄ dr̄nt in ꝑ̊ore dr̄nt ī poſteriore.ḡ q̄ dr̄nt in gn̄e dr̄nt ī q̄libet poſteriore:ſꝫ nihil ē in diuerſis gn̄ibꝰ gn̄aliſſimis ⁊c̄. ¶ Rn̄deo in iſta q̄ōne ꝑ̊ ꝑmittā q̄ſdā diſtictiōes.2° oñdā aliq̄s ꝯcl̄ones. ¶ Quātū ad ꝑ̊mū eſt iſta ꝑ̊ma diſtictio q̄ ponit̄ ꝑ̊ topi.ꝙ idē dr̄ multiplr̄.ſ.idē gn̄e.idē ſpē:idē numero.⁊ ꝓportiōe.idē numero dr̄ triplr̄.ſ.idē accn̄te:idē ꝓp̄o:⁊ idē diffōne. ¶ Scđa diſtī°. q̄ ponit̄.5.meta.ꝙ idē ſm ſe dr̄ tot modis q̊t modis vnū ſm ſe.ſ.vnū numero.ſpē gn̄e.⁊ ꝓportōe. ¶ Quātū ad 2^m^ ſit iſta ꝑ̊ma concl̄o.ꝙ idē ꝓportōe ⁊ accn̄te ⁊ ꝓpꝛio pōt eē in diuerſis gn̄ibus. Hāc oñdo ſic. qꝛ aīal ⁊ color ſūt idē ꝓportione. qꝛ hꝰ idētitas ē in ſil̄r ſe hr̄e.ſicut.n.color ſe hꝫ ad albedinē ita aīal ſe hꝫ ad hoīem.pꝫ aūt ꝙ aīal ⁊ color ſūt in diuerſis gn̄ibꝰ.ſil̄r ſoꝛ.⁊ albū ſūt idē accn̄te.ſoꝛ.aūt ⁊ riſibile ſiue ꝑceptibile diſcipline ſūt idē ꝓpꝛio.⁊ manifeſtū ē ſic eadē eē ī diuerſis gn̄ibꝰ. ¶ 2^a^ ꝯcl̄o ē iſta. Idē ſpē idē gn̄e idē diffōne nullo mō eſt in diuerſis gn̄ibꝰ gn̄aliſſimis vel q̄buſcūqꝫ non ſubalternis.vt ſpēs vel dr̄ia:niſi forte idē gn̄e ſupiore in diuerſis gn̄ibꝰ īferioribꝰ.hāc oñdo ſic.ſ.ꝙ idē ſpē vel gn̄e īferiore nō ſit in diuerſis gn̄ibꝰ ſupioribꝰ nō ſubalternis vt ſpēs vel dr̄ia:qꝛ ad eēntiā ſpēi ꝑtinet genꝰ.ḡ ſi idē ſpecie vel gn̄e īferiore eēt in diuerſis gn̄ibꝰ ſupioribꝰ:illa ambo gn̄a eēnt de eiꝰ eēntia.ḡ illud nō eēt idē eēntialr̄.qꝛ duo gn̄a nō ſubalterna diuerſā eēntiā ꝑdicāt.ſil̄r dr̄ia cū gn̄e facit vnū eēntialr̄.ſꝫ cū diuerſis gn̄ibꝰ nō ſubalternis nihil ideꝫ facit eēntialr̄.ergo ⁊c̄.iſta ꝯcl̄o q̄ꝫtū ad idē diffōne ē q̄ ꝑ ſe nota. ¶ Cōtra iſtā ꝯcl̄onē ar.qꝛ.5.meta.dr̄ ꝙ vnū numero īfert vnū ſpē:ſꝫ accn̄s ⁊ ſubꝫ ſīt vnū numero ex dcīs.⁊ ſūt ī diuerſis generibꝰ.ergo idem ſpecie poteſt eſſe in diuerſis generibus. ¶ Rn̄deo ꝙ Ariſt.ꝑ̊ diſtīxit mōs vnius ꝑ accn̄s ⁊ poſtea diſtīxit vnū ꝑ ſe ī illos mōs numero ſpē gn̄e ⁊ ꝓportōe: ⁊ cū ſubdit̄ vnū numero inferre vnū ſpē ītelligit tm̄ de vno numero vt ꝑ̊us id poſuit.ſ.vt eſt modus vniꝰ ꝑ ſe:ſubꝫ aūt ⁊ accn̄s ſi ſūt vnū numero h̄ eſt ꝑ accn̄s ⁊ nō ꝑ ſe.⁊ ita de illis nō ītelligit iſtā ꝯn̄am tenere. ¶ Ad ꝑ̊mū in oppꝰ dicēdū ꝙ corpꝰ vt dicit nāꝫ aptā ad recipiēdū dimēſiones ē in genere ſube:vt aūt noīat ipas tres dimēſiones eſt in gn̄e q̄ꝫtitatis. ꝑ̊mū pꝫ.qꝛ nā icorporea dr̄ ſuba cui repugnat ſuſcipe dimēſiones. ¶ Ad 2^m^ dico ꝙ h̄ nomē figura vno mō ſignificat ſupficiē terminatā lineis.⁊ ſic ē in gn̄e q̄ꝫtitatis: Alio mō ſignificat clauſionē ſiue terminationē lineaꝝ.⁊ ſic ē in.4.ſpē q̄litatis.vnde q̄litates q̄rte ſpēi dn̄r q̄litates circa q̄ꝫtitatē. ¶ Ad 3^m^ dr̄ ꝙ relatōes ſūt ꝑ ſe in gn̄e relatiōis.relatiua v̄o pn̄t eē res alioꝝ geneꝝ.qꝛ illa ſūt relatiua ī q̄bꝰ fundat̄ rl̄o. ⁊ iſta ſūt res alioꝝ geneꝝ:ꝑ h̄ dr̄ ad oīa illa ꝙ lꝫ ſint rel̄a.tn̄ nō ſunt in gn̄e relatiōis:ſꝫ in alijs gn̄ibꝰ. ¶ Cōtra h̄ arguit̄. tū qꝛ ꝯcretū ⁊ abſtractū idē ſignificāt eēntialr̄.ḡ ſūt ī eodē gn̄e.ḡ ſi relatiōes ſūt ꝑ ſe in gn̄e relatiōis ⁊ relatiua erūt:qꝛ eadē eſt eēntia eiuſdē gn̄is.cū ens ſm ſe diuidat̄ in.10.gn̄a. Tū qꝛ ſi relatiua nō eēnt in gn̄e relatōis nihil determinatū in c° de ad aliqd.in ꝑdicamētis ꝯueniret alicui in illo gn̄e:⁊ ita ad determinādū de illo gn̄e eēnt oīa ipertinētia q̄ determinant̄ ibi.ꝑ̊ma ꝯn̄a pꝫ.nec.n.ꝑ̊ma diffō ad aliqd.nec ſcđa quā Ari.approbat.nec aliq̄ ꝓpꝛietas quam ponit ꝯueniret relatiōibꝰ:ſꝫ tm̄ relatiuis q̄ ꝑ ypotheſim nō ſunt ī gn̄e relatiōis: Dicēdū ḡ ꝙ ꝑ ſe relatiua ſūt in gn̄e relatōis ſicut ꝯcreta alioꝝ ſūt in gn̄ibꝰ alijs de q̊ dicet̄ poſteriꝰ:⁊ ita nihil idē eēntialr̄ eſt ꝑ ſe relm̄ ⁊ ſpēs alteriꝰ gn̄is:ſcia ḡ equocuꝫ ē ad ſignificādū hītuꝫ mētis ⁊ ad ſignificādū imaginē ſcibilis q̄ duo eēntialr̄ ſūt diuerſa.ꝑ̊ mō ē ſpēs q̄litatis.2° mō eſt ꝑ ſe relm̄. ¶ Ad aliud dr̄ ꝙ duplū ⁊ dimidiū ſūt ꝑ ſe in gn̄e relatiōis nō q̄ꝫtitatis.nec h̄ dicit Ari.lꝫ illud cui ieſt duplū ꝑ ſe vt duo ſit ꝑ ſe q̄ꝫtitas.qꝛ nō oꝫ accn̄s ⁊ ꝓpꝛiū eē in eodē gn̄e vt ſpēꝫ cū ſuo ſubo. ¶ Sil̄r de eq̄li ⁊ ieq̄li ſil̄i ⁊ diſſil̄i dicēdū ꝙ ſūt rel̄a ꝑ ſe ſꝫ ī gn̄e q̄litatis vel q̄ꝫtitatꝭ ſūt:nō vt ſpēs: ſꝫ vt ꝓp̄a.vt pꝫ ꝑ Ari.vltima ꝓpꝛietate q̄ꝫtitatis ⁊ q̄litatis. poſſe aūt eſt de multis vt ſint in vno gn̄e vt ſpēs.in alio gn̄e vt ꝓpꝛia.qꝛ riſibile eſt in gn̄e ſube:vt ꝓpꝛiū.⁊ ī gn̄e q̄litatis vt ſpēs. ¶ Ad auc̄teꝫ Ari.dico ꝙ loq̄tur ꝯditiōalr̄:vt ſi ꝯtīgat idē eē q̄le ⁊ relꝫ nihil ē icōueniēs ī vtriſqꝫ gn̄ibꝰ hec ſic annumerari.⁊ tūc ſupplēdū eſt ꝙ tale nō ē idē eēntialr̄.

**EOrum que ſm nullā ꝯplexionē dicūtur ſingulū aut ſubſtātiā ſignificat.aut quātitatē.aut qualitatem. aut ad aliquid.aut vbi.aut quādo.**

aut ſitū.aut hēc. aut facere.aut pati.

¶ Poſtq̄ phs determinauit de qbuſdā ātibus ad notitiā p̄dicamētoꝝ q̄ cōiter dicunt̄ antep̄dicamēta.nūc icipit determinare de ipis p̄dicamētis.circa qȯ.z.facit.p̊ determinat de ipis in gnāli.z° de ſingulis in ſpāli ibi(Suba)p̄ma ps diuidit̄ in.z.p̊ pponit q̄dā diuiſionē.z° pbat q̄dā ſuppōnē ibi(ſingula igit̄)p̄ma in.z.p̊ diuiſionē pponit.z° ipſā p exēpla exponit ibi(eſt aūt ſuba)dicit g̊ q̄ eoꝝ q̄ dr̄r.i.ↄcipiunt̄:vel etiā pferunt̄ ꝑ nullā cōplexionē ſingulū:aut ſignificat ſubam.aut q̄titatē:aut q̄litatē ⁊c̄.enumerādo oīa io.p̄dicamēta. ¶ Notādū q̄ iſta diuiſio vr̄ ſubdiuiſio iſti⁹ p̄me diuiſionis q̄ poſita eſt.ſ.in q̄ dicebat̄:q̄ eoꝝ q̄ dicunt̄ alia dr̄r ꝑ cōplexionē.alia ſine ↄplexione.⁊ ē iſta diſio logica.q̄ meta⁹ diidit ens reale i iſta.io.ſ; logic⁹ diuidit ens icōplexū i.io.gnā.icōplexū āt ē nomē ſignificās rē ſcd̄e itētōis: q̄ h̄ mō ſpectat ad logicū ↄſiderare de iſtl inq̄tū.ſ.p itell⁹ attribuit̄ eis aliq̄ itētio vt ſupi⁹ dicebat̄. ¶ Deide cū dic̄.

¶ Eſt autē ſuba qdem:vt figuralr̄ dicatur:vt hō equus. Quātitas:vt bicubitū tricubitū. Qualitas:vt albū. Ad aliqd:vt duplum magnū. Ubi vero in loco. Qn̄ vt heri:anno ſuperiori. Situs vero eſſe vt ſedet iacet. Hēc vt calciatū eē armatū eſſe. Facere vt ſecare vrere. Pati vt ſecari vri.

Exponit p exēpla dictā diuiſionē di.q̄ vt dicat̄ figuraliter .i.exēplariter ſuba eſt.vt hō equ⁹.q̄titas vt bicubitū ⁊c̄.lr̄a plana eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Singula igit̄ eorū que dicta ſūt ipa qdē ſecūdū ſe i nulla affirmatiōe dicunt̄. horū autē ad ſe inuicē complexione affrimatio fit. Uidet̄ aūt oīs affirmatio vera vel falſa eē. Eoꝝ vero q̄ ſecūdū nullā ↄplexionē dicunt̄ ſingula neq; vera neq; falſa ſūt vt hō albū currit.

Probat qȯdā ſupp⁹ in diuiſione.ſ.q̄ vnūqȯq; p̄dicamētū ē icōplexū.ad qȯ iducit duas rōes.q̄ꝝ z^a ponit̄ ibi(vr̄ aūt) In p̄ma ar.ſic.ex q̊rūcūq; cōpōne reſultat cōplexū ipa ſunt icōplexa.ſ; p̄dicamēta ſūt h̄.g̊ ⁊c̄.iſti⁹ rōis p̊ ponit ↄclōnē ibi(ſingula igit̄ ⁊c̄.)in nulla affirmatiōe.i.cōplexione dr̄r. vbi p affirmationē itelligit̄ cōplexio affirmatiua ⁊ negatiua.z° ponit mi.vbi ſtat vis rōis(hoꝝ aūt ad eē)q̄ ē cōplexū ſignificat veꝝ vel falſū.q̄ oīs affirmatio.i.cōplexio eſt vera vel falſa.ſingulū dcōꝝ q̄ ꝑm nullā cōplexionē dr̄r nō ſignificat veꝝ vel falſū.vt hō ꝑ ſe aut albū aut currit.g̊ ⁊c̄.

Ad euidentiam p̄dictoꝝ q̄rit̄ vtꝝ ſint tm̄.io.generaliſſima p̄dicamēta.Arg.q̄ nō.q̄ ens diuidit̄ in ſubam ⁊ accidēs.in ens p ſe ⁊ in ens in alio:ſed tm̄ eſt vnū gnāliſſimū ēs p ſe vel ſuba g̊ tm̄ ē vnū p̄dicamentū accn̄s.g̊ ⁊c̄. ¶ P̄.qȯ p ſupabūdātiā dr̄ vni ſoli ↄuenit ꝑm Ari.ſ; gnāliſſimū ē h̄.g̊ tm̄ eſt vnū gnāliſſimū. ¶ P̄.oīs diuiſio ⁊ multitudo reducit̄ ad vnū eēntialr̄ qȯ ē p̄us illa multitudine.g̊ ſi ſint multa gnāliſſima aliqd vnū ē p̄us illis:ſ; gnāliſſimis nihil ē p̄us.g̊ nec ſūt multa. ¶ P̄.albū eſt vnū aliqd eēntialr̄:q̄ nihil aliud ſignificat q̄ albedo ex p̄dcis.g̊ eſt i aliq̊ gn̄e p ſe.nō i gn̄e q̄litatis.q̄ q̄litas vere p̄dicat̄ de oī qȯ eſt p ſe i gn̄e q̄litatis. q̄litas v̊o nō vere p̄dicat̄ de albo.g̊ albū p ſe in alio gnāliſſimo ē.ſilr̄ pōt argui de ↄcretl cuiuſlib; gnīs accn̄tis.g̊ ſūt.i8.gnā accn̄tiū. ¶ Cōfirmat̄.q̄ q̄le p̄dicat̄ de albo.q̄ro ſub cui⁹ rōe vl̄is.nō ppri.q̄ nō ↄuertibilr̄:nō accn̄tl.q̄ nō adeſt nec abeſt.nō drīe.q̄ nō diſtiguit albū ab alijs.nō ſpeciei ſpāliſſime.q̄ p̄dicat̄ de drn̄tib⁹ ſpē.g̊ ſub rōe gnīs.⁊ nō h; ſupra ſe aliud ſupueniēs gen⁹.g̊ q̄le eſt gnāliſſimū.⁊ nō ē illud qȯ q̄litas.q̄ nō h; eaſdē ſpēs cū nō p̄dicet̄ de eiſdē.g̊ eſt aliud gnāliſſimū. ¶ P̄.itentōes ſūt p ſe itelligibiles.q̄ diffinibiles:⁊ i eis mani⁹ ē eē aliqd ſupi⁹ ⁊ iferi⁹.⁊ p ↄn̄s aliqd ſup̄mū.illud aūt nō h; ſupraueniēs gen⁹ aliqȯ illoꝝ.q̄ ens ꝑm ſe diuidit̄ i hec.io.5.meta.excluſo ente in aīa.g̊ ē vnū gnāliſſimū itētionū p̄ter hec oīa. ¶ P̄.ↄtigit itelligere nō ens.q̄ ⁊ ſignificare.ex z° poſte.⁊ in eo ē rō ſupioris ⁊ iferioris.g̊ aliqd ſup̄mū.illud āt nō ↄtinet̄ i aliq̊ illoꝝ:q̄ nullū illoꝝ de illo p̄dicat̄.g̊ ē diſtictū gnāliſſimū nō entiū.⁊ p ↄn̄s plā gnā q̄.io. ¶ P̄.figmēta etiā ↄcipiūt̄ ab itellcū:⁊ i eis ē ſupi⁹ ⁊ iferi⁹.g̊ ſup̄mū.alr̄ eēt pceſſus in ifinitū.g̊ aliqȯ gnāliſſimū. ¶ Silr̄ arguit̄ de p̄uatōib⁹ ⁊ de potētia oppoſita actui. ¶ In oppoſitū ē Ari.

¶ Rndeo dicēdū q̄ tm̄ ſūt.io.gnā gnāliſſima reꝝ q̄ꝝ diſtictio nō ſumit̄ penes aliqd logicū tm̄.ſ; penes ipas eēntias. ipa.n.itētio gnāliſſimi ē tm̄ variata numero i iſtis.vn̄ qȯ q̊ ad illud.q̄ difficultatl ē:ē magis meta^{ca} q̄ logica:iō ſufficiat hec ſcire.q̄ ita ē q̄uis forte meta⁹.ōbeat ⁊ poſſit ſcire pp gd:de q̊ alias. ¶ Ad p̄⁹ i opp⁹ negat̄ ↄn̄a.q̄ ens p ſe ē vniuocū oīb⁹ de gb⁹ dr̄.⁊ ita pōt eē vnū gen⁹.ſ; ens p accn̄s.vl̄ i alio nō eſt vniuocū illis gb⁹ ↄuenit.g̊ ⁊c̄. ¶ Ad z^m dr̄ vno mō qȯ p ſupabūdātiā dr̄ vni ſoli ↄuenit i vno gn̄e.⁊ ita ē tm̄ vnū gnāliſſimū i vno gn̄e.ſ; nō ſimplr̄ tm̄ vnū. ¶ Ul̄ alr̄.vt dc̄z ē i por° q̄ ſupla⁹ duplr̄ exponit̄.vno°:poſitiue p exceſſū oīu; alioꝝ.Alio°:p̄uatiue p nō excedi ab aliq̊ alio.p°:nullū ē gnāliſſimū ſimplr̄.ſed tm̄ i aliq̊ gn̄e.i.gnāli⁹ oīb⁹ alijs i ſuo gn̄e.z^{oo} qȯl; illoꝝ ē gnāliſſimū:q̄ n⁹ eo ē gnāli⁹:iſta g̊ ppō qȯ p ſupabūdātiā ⁊c̄.v̊a ē vt ſuplatiuū exponit̄ poſitiue.nō vt exponit̄ p̄uatiue.q̄ mlt̄a pn̄t eē p̄^a.ita q̄ q̄l; illoꝝ nihil ē p̄⁹. ¶ Ad 3^m pōt dici q̄ mlt̄itudo p̄dicamētoꝝ reducit̄ ad vnū qȯ ē p̄^a cā q̄ p̄or ē eis nō p̄dicatiōe:ſ; entitate ⁊ cāitate. ⁊ ita pōt eē aliqd p̄⁹ eis. ¶ Ad alia oīa argu^a dr̄ a qbuſdā q̄ ↄcreta itētiōes nō entia p̄uatiōes figmēta:⁊ q̄uis h̄ ſūt i gn̄e p reductionē ad abſtracta ⁊ res p̄^e itentiōis ⁊ entia q̄ꝝ ſūt figmēta ⁊ p̄uatōes:q̄ ēt gnāliſſima illoꝝ nō ſūt itelligibilia niſi p reductionē vl̄ attributionē ad iſta gb⁹ dcā ſunt hr̄e hitudinē:iō nō pn̄t poni gnāliſſima.ſ; ponunt̄ i gn̄e p reductionē:q̄ o; gnāliſſima eē p̄⁹ itelligibilia.eo q̄ cōiora itelligunt̄ p̄⁹ min⁹ cōib⁹:cui⁹ opp⁹ ē hic.ſic ponit̄ de potētia q̄ ē i gn̄e p reductōe; ad actū cui⁹ dr̄ pō. ¶ Cōtra iſtā rōnē: q̄ i oīb⁹ iſtis eſt p ſe p̄dicatio ſupioꝝ de iferiori.g̊ ſub rōne alicui⁹ vl̄is.nō alteri⁹ q̄ gnīs:⁊ q̄ nō ē pcedere i ifi^m erit aliqȯ gen⁹ nō hēns ſupueniēs gen⁹.g̊ gnāliſſimū.q̄ ſic diffinit̄ gnāliſſimū a por°:⁊ illȯ nulli illoꝝ ē idē gen⁹.q̄ nec h; eaſdē ſpēs.g̊ p nullū iſtoꝝ.io.h; rōnē gnīs:ſ; cū eq̄ p̄ dicat̄ qȯl; ȯ ſuis ſpēb⁹.ſic aliqȯ illoꝝ ȯ ſuis ſeq̄t̄ q̄ erūt eq̄ p̊ gnā ⁊ nō p reductionē ad aliqȯ illoꝝ.io. ¶ P̄.qȯ dr̄ i reſpōſione q̄ o; gnāli⁹ eē p̊ itelligibile manifeſte falſū eſt niſi intelligatur reſpcū illoꝝ reſpcū quoꝝ ē gnāliſſimū:q̄titas.n.nō ē p̄mū itelligibile ſimplr̄.ſ; i ſuo gn̄e.ita ēt p̊^a itētio ē p̄^m itelligibile reſpcū itētionū ſpāliū:⁊ nō ēs reſpcū n̄ ētiū pticulariū.⁊ ſic de alijs. ¶ Alr̄ g̊ ad oīa iſta ȯ ↄcretis.ſ.itētōib⁹ ſcd̄is p̄uatōib⁹ nō ētib⁹:⁊ potētijs pōt rn̄deri q̄ l; hec poſſint itelligi ſub aliq̄ rōne itelligēdi ⁊ p̄dicari iter ſe ſub rōne alicuius vl̄is ⁊ eē ſtatū ad aliqȯ vl̄iſſi⁹ qȯ inq̄^m attribuit̄ ei iſta itē° ē diuerſū ab iſtis.io.tn̄ ſtat tm̄ eē.io.gnāliſſima reꝝ.q̄ non qȯl; itelligibile.ſ; ēs ꝑ ſe diuidit̄ i hec. io.5°.meta.⁊ ita n⁹ iſtoꝝ ē ēs ꝑ ſe diſti^m ab iſtis.io. ¶ Ad illȯ tn̄ ȯ ↄcretl dr̄ alr̄ q̄ eēntia ſignificata p albū ē i gn̄e q̄litatis: ſ; illa ſub h̄ mō itelligēdi vel ſignificādi nō ē p ſe q̄litas neq; i gn̄e q̄litatis: ſ; p rductionē:q̄.ſ.ē idē eēntialr̄ albedini q̄ ē p ſe i illo gn̄e. ē āt i aliq̊ gnāli^{mo} p ſe.ſ.i q̄li ſ; n̄ i alio.q̄le.n.a q̄litate tm̄ drt i mō ſignificādi.q̄ drīa l; phibeat p̄dicatōe; vni⁹ ȯ altero:n̄ tn̄ ſuffic̄ ad diſtiguēdū gnā.vl̄ ad faciēdū aliqd eē in diuerſis gnīb⁹.Ad ↄfirmatōe; ↄcedit̄ q̄le eē gnāli⁹.ſ; nō aliȯ q̄ q̄litas.cū v̊o dr̄ q̄ h; alias ſpēs dico q̄ fl̄z ē.q̄ ſpēs p ſe vni⁹ ⁊ alteri⁹ drn̄t tm̄ i mō ſignificādi.gnāliſſi^m g̊ h̄ ⁊ illȯ:⁊ ſpēs h⁹ ⁊ illi⁹ drn̄t tm̄ vt dc̄; ē penes mo⁹ ſignificādi abſtracti ⁊ ↄcreti.q̄ diuerſitas l; phibeat p̄dicationē; vni⁹ de altero ⁊

vniꝰ gn̄aliſſimi de ſpēbꝰ alteriꝰ:nō ſufficit tū̄ ad diſtiguēdū gn̄aliſſimū vel ſpēs diuerſas.ideo idē eſt realr̄ ⁊ eſſentialr̄ gn̄aliſſimū vl̄ ꝑdicam̄tū abſtracti ⁊ ꝯcreti.

Subſtātia aūt ē q̄ ꝓprie pricipalit̄ ⁊ maxime dicit̄.que neqꝫ de ſubo dicit̄:neqꝫ in ſubiecto ē.vt aliquis hō vel aliqs equus.

⁋ Poſtq̄ꝫ pħs ꝯtermiauit i gn̄ali.h̄ ꝯterminat i ſpāli de ſingulis.circa qͦ.z.fac̄.ꝑ ꝯterminat de ſuba.zͦ de alȳs ꝑdicamētis accn̄tiū ibi(Quātitatis aliud ꝯtinuū)pͣ ps diuidit̄ i.z.ꝑ ꝯterminat de ſuba q̄ꝫtū ad eiꝰ ſubalia.zͦ q̄ꝫtū ad eiꝰ ꝓprietates q̄ ſūt q̄ſi accn̄tia:ibi(cōe aūt)pͣ i.z.ꝑ.n.ſuppoſita diuiſione ſube i ꝑmā ⁊ ſcd̄aꝫ oñdit qd vtrūqꝫ ſit ꝯterminās de eis abſolute.zͦ agit de eis ꝯpatiue ibi(ſcd̄aꝝ vo ſubaꝝ) ꝑma i.z.ꝑ ponit ꝺ̄ſcriptōes vtraꝝqꝫ.zͦ ꝺ̄clarat illā ſpālr̄ q̄ ē ꝯ̄aꝝ ſubaꝝ.ibi(maniᵐ ē āt).⁋ Notādū aūt ꝙ h̄ ſupponit̄ diuiſio ſube i ꝑmā ⁊ ꝯ̄aꝫ q̄ nō ē diuiſio gn̄is i ſpēs.ſꝫ ſubi in accn̄tia:qꝛ ſuba ꝯm ꝙ itēꝰ ꝯm quā ꝯſiderationē ꝑtinet ad logicū diuidit̄ in itētōes ſibi accn̄tales.vn̄ ſic dc̄ꝫ ē in porꝰ ꝯ̄e ſube vt h̄ pħs logt̄ ſūt accn̄tia nō realia de qbꝰ ꝑdicat̄ aliꝺ̄ mēbꝝ.ſ.cē i.ſꝫ itentōalia qbus ꝑ ſe ꝯuenit dici de:vn̄ vl̄e eſt qd cōiꝰ ad ſcd̄aꝫ ſubaꝫ:qꝛ ꝯ̄a ſuba dic̄ vl̄e applicaᵐ ad aliqd i gn̄e ſube.Silr̄ pͣ ſuba dic̄ ꝑdicationē.puta ꝑticulare vl̄ aliqd hꝯ applicatū ad rē i gn̄e ſube.⁊ h̄ mō alia oīa aut dn̄r de ſubȳs ꝑmis.aut i eis ſūt vt ifra ampliꝰ patebit:pͣ g̊ ps diuidit̄ i.z.ꝑ oñdit qd ſit.pͣ ſuba.zͦ qd ꝯ̄a.ꝯ̄a ibi(ꝯ̄e āt)dic̄ g̊ ꝙ ſuba.ſ.ꝑma quaꝫ circūlogt̄ ꝑ h̄ qͦ ſubdit q̄ ꝓp̄e ⁊ ꝑncipalr̄ ⁊ maxīe dr̄ ē q̄ nec de ſubo dr̄.nec i ſubo ē:⁊ exēplificat:vt aliqs hō.aliqs bos.⁋ Notādū ꝙ lr̄a iſta duplr̄ pōt exponi.

⁋ Unoͦ ꝙ totū h̄.ſuba ē q̄ ꝓp̄e ⁊ ꝑncipalr̄ ⁊ maxīe dr̄ ſe teneat ex ꝑte diffiniti.qꝛ ꝑ h̄ circūlogt̄ ꝑmā ſubaꝫ quā itēdit diffinire.illꝺ̄ āt qͦ ſeqt̄:q̄ nec de ſubo ⁊c̄.ſit diffō.Alioͦ ꝙ ly ſuba dicat diffiꝰ.⁊ oē aliꝺ̄ qͦ ſeqt̄.q̄ ꝓp̄e ⁊c̄.ſe teneat ex ꝑte diffōis.pͣ āt ſuba dr̄ ꝓp̄e ſuba ab actu ſubſtādi alȳs ad dr̄iā accn̄tiū q̄ ꝓp̄e nō ſubſtāt:ꝑncipalr̄ ad dr̄iaꝫ ꝯ̄aꝝ ſubaꝝ q̄ ſi ſubſtāt accn̄tibꝰ h̄ ē q̄ꝫ maxīe rōne ꝑmaꝝ qbꝰ ꝑ ⁊ ꝑncipalr̄ iſūt.accn̄tia cōia.maxime ponit̄ ad dr̄iaꝫ vtriuſqꝫ.vel ſpālr̄ geneꝝ q̄ minꝰ oibꝰ ſubſtāt.⁋ Circa exēꝰ adducta i lr̄a q̄rit̄.vtꝝ aliqs hō ſit pͣ ſuba.vr̄ ꝙ ſic:ꝑ ari.q ſic exēplificat ꝺ̄ pͣ ſuba.aliqs hō.aliqs equꝰ.⁊ iferiꝰ vbi oñdere itēdit qͦlꝫ aliꝺ̄ a ꝑmis dici de ꝑmis vl̄ eē i ꝑmis ar.ſic.aial ꝑdicat̄ de hoie.g̊.ꝺ̄ aliq̊ hoie.ꝑ aliquē hoieꝫ dās itelligere ꝑmā ſ̄baꝫ.⁋ Itē nō ē ꝯ̄a ſuba.g̊ pͣ.ꝯn̄a pꝫ.qꝛ iter ꝑmā ⁊ ꝯ̄aꝫ nō ē dare mediū an̄s ꝓbat̄.qꝛ ſi eēt ꝯ̄a ſuba nō eēt niſi ſpēs.ſꝫ h̄ ē falſū.qꝛ hec ē vā.nullus hō ē ſpēs.g̊ ſua ꝯ̄dictoria falſa.aliqs hō ē ſpēs.

⁋ Cōtra.qꝛ aliqs hō ꝑdicat̄ de plibꝰ.g̊ nō ē pͣ ſuba.an̄s pꝫ.qꝛ iſte ē aliqs hō ⁊ iſte ē aliqs hō.⁋ Pꝫ ſeqt̄ iſte hō currit:g̊ aliqs hō currit:⁊ n̄ ecōuerſo:g̊ aliqs hō ē pꝰ.⁊ ita cōiꝰ.g̊ nō ē pͣ ſuba.⁋ Pꝫ.hec ē vā.oīs hō ē aliqs hō.ergo aliqs hō nō ē pͣ ſuba.qꝛ nulla ꝑma ſuba ꝑdicat̄ de oī hoie:an̄s pꝫ.Tū qꝛ ſua ꝯ̄dictoria ē ipoſ̄is.ſ.aliqs hō nō eſt aliqs hō.tū qꝛ q̄libꝫ eiꝰ ſingl̄aris ē vā.ergo aliqs hō ꝑdicat̄ de oī hoie.⁋ Propter iſtas rōnes dicēdū ꝙ aliqs hō nō ē pͣ ſuba.i.nō ſignificat tm̄ vnū ſuppꝰ hoīs ſic̄ iſte hō.puta ſoꝛ.⁋ Sed ꝑꝑ auc̄tē ari.itelligēdū ꝙ hō de ſe ē idr̄ns ad multas acceptiōes.ſ.ꝑ voce ꝑ itētōe ⁊ ꝑ ſuppoſiti.Signa igr̄ vt oīs aliqs ſibi addita tollūt idr̄iam ad itētionē ⁊ ad vocē.⁊ determināt ipꝫ tm̄ ad acceptionē ꝑ ſuppoſitis.ſꝫ adhuc i illa acceptiōe ē idr̄ns ad oē ſuppoſitū.ari.ergo ꝑmā ſubaꝫ voluit exprimere vt diſtiguit̄ ꝯ̄ ꝯ̄aꝫ.vꝫ.vt ei ieſt itentio ꝯ̄e ſube:⁊ tamē quodāmō in gn̄ali dixit vt aliqs hō.i.qͦlibet quod eſt iſte hō.ſ.ſoꝛ.vel plato.⁋ Alio mō pōt dici ⁊ eſt idē ꝙ ꝑ aliqs hō ponit̄ ꝑma ſuba determinata idetermīate.tū̄ ꝑ hūc hoieꝫ determinata ⁊ determiate:⁊ tūc exēplificauit ari.de pͣ ſuba determiata lꝫ idetermīate vt de hac vel illa.vn̄ forte etiaꝫ aliquis hō nō ſignificat ꝑmā ſubam determinatā determiate nec idetermiate.lꝫ ꝑ illa ſuppōat qn̄ ē ꝑticularis ꝓpōnis ſubꝫ.

⁋ Ad pͣ argumentū pꝫ ꝙ ari.notificat ꝑmaꝫ ſubam quodāmō in cōi ꝑ cōe ſumptū ꝑ acceptiōe ꝑ ſuppoſitis.⁋ Ad zͦ dico ꝙ aliqs hō eſt ēs ꝑ accidēs:ꝯpoſitū ex re prime itētiōis ⁊ ꝯ̄e ⁊ nec eſt prima ſuba nec ſcd̄a.ſed mediū accidētale iter illa.⁊ tale mediū iuenit̄ iter ſpēm ſpāliſſimā ⁊ idiuidua.ut hō albus lꝫ nō mediū eēntiale.⁋ Cōtra h̄ ar.tum qꝛ aliqs hō ꝑdicat̄ de plibus dr̄ntibus numero.in qd.ergo eſt ſpēs.tū qꝛ ens per accidēs cōponit̄ ex rebꝰ diuerſoꝝ generꝝ:ſed aliqs hō nō eſt hꝯ.qꝛ modus itelligēdi hoieꝫ nō eſt res alicuiꝰ generis.⁋ Rn̄deo ad ꝑmū pōt dici ꝙ aliqs hō de nullo ꝑdicat̄ in qd.qꝛ ens ꝑ accn̄s non hꝫ qd.⁋ Ad zᵐ dico ꝙ maioꝛ pōt negari.qꝛ qcqd nō eſt eēntialr̄ ideꝫ cum aliquo ſiue ſit res alteriꝰ generis ſiue nō ꝯpoſitū cū illo aliquo facit ens ꝑ accidēs vt hic.

⁋ Secūde aūt ſubſtantie dicuntur ſpēs in qbus ſpēbus ille que pricipalr̄ dicunt̄ ſubſtantie iſūt he ⁊ haꝝ ſpecieꝝ gn̄a vt aliqs homo i ſpē qdē ē in hoie.genꝰ vero ſpeciei animal ē.Secunde g̊ ſubſtātie dicunt̄ vt ē homo atqꝫ aial.

Oſtendit qd ſit ſuba di.ꝙ ꝯ̄e ſube dn̄r ſpēs ⁊ gn̄ā ſpēꝝ in quibus ſūt ille q̄ ꝑme ſube dn̄r.i.ꝑme ſube ſunt inq̄ꝫ ſic̄ ps ſubiua i ſuo toto vl̄i:vt aliqs hō eſt i hoie vt i ſpē.in aiali aūt qͦ ē genꝰ ſpēi vt in gn̄e ita ꝙ hō ⁊ aial dicunt̄ ſube ſcd̄e.

⁋ Manifeſtū ē aūt ex his q̄ dicta ſūt qm̄ eoꝛum que de ſubiecto dicunt̄ nec̄e ē ⁊ nomē ⁊ rōnē de ſubo ꝑdicari.vt hō de ſubiecto aliquo hoie ꝑdicat̄:rō quoqꝫ hoīs de aliquo homine ꝑdicabit̄. Quidā eni hō ⁊ hō ē ⁊ aial rationale ⁊ mortale.quare nomē ⁊ ratio de ſubiecto ꝑdicabitur. Eoꝝ que i ſubiecto ſūt:i plurimis qdē neqꝫ nomē de ſubiecto neqꝫ nō ꝑdicabit̄. In aliqbꝰ aūt nomen qdē nihil ꝓhibet ꝑdicari aliqn̄ de ſubo. rōnem vero ipoſſibile ē.vt albū cū i ſubiecto ſit corꝑe ꝑdicabit̄ de ſubo.dicit̄ eni corpus albū. rō vero albi nunq̄ꝫ ꝑdicabit̄ de corpore.

Declarat ſpāliter notificationē datā de ꝑmis ſubȳs oñdēs ꝙ ꝑme ſube nō dn̄r de ſubo.nec ſūt i ſubo:vbi itēdit talē rōnē.⁋ Illud de quo oīa alia dn̄r.vl̄ in quo oīa alia ſūt.nec ē i.nec dr̄ de.ſꝫ pͣ ſuba ē hꝯ.ergo ⁊c̄.maioꝛ ſupponit̄ ſic̄ manifeſta.qꝛ ſi ꝑma ſuba diceret̄ de.⁊ eſſet in.iā nō oīa alia dicerent̄ de ipa.vel eēnt i ipa.qꝛ eē i.vl̄ dici ꝺ̄.ut hic accipiūtur nō cōuertunt̄.ſꝫ mi.pōit̄ i lr̄a quā pħs oñdit duplr̄.ꝑ q̄ꝫdā dr̄iā aſſignādo.zͦ in ſingul̄ iducēdo.ibi.(h̄ āt maniᵐ)ꝑma i.z.ꝑ ꝑmittit illā dr̄iā.zͦ ex iſta ifert mi.tāq̄ꝫ cōcl̄onē:ꝯ̄a ibi(alia g̊ oīa)dic̄ ergo ꝙ ex his q̄ dicta ſunt.ſ.ſupiꝰ ꝑut ex diffōne vniuoci ⁊ ex regula iſta.qn̄ alteꝝ de altero.manifeſtum eſt illud quod de prima ſubſtātia ē dictū.⁊ ſtatim ſubdit ꝙ eoꝝ que dicunt̄ de ſubiecto neceſſe eſt nomen ⁊ rōnē ꝑdicari de ſubo vt hō ꝑdicat̄ de aliquo hoie ꝯ̄ꝫ nomen ⁊ rōnem.i.diffinitionē:qꝛ qdam hō eſt hō ⁊ eſt aial rōnale mortale q̄ eſt diffō hominis.ſed eoꝛum q̄ ſunt in ſubiecto vt in pluribus nō ꝑdicant̄ ꝯm nomē ⁊ ꝯm rōnem.i.diffinitioneꝫ qͦ vtiqꝫ veꝝ eſt ſi accidentia ſumant̄ in abſtracto in aliquibus autē nihil ꝓhibet nomen ꝑdicari.i.ꝯm nomen de ſubo in quo ſunt.ꝯm vo rōneꝫ eſt impoſ̄e:qͦ vtiqꝫ veꝝ eſt ſi accidentia ſumant̄ in cōcreto vt albū ꝑdicat̄ de corꝑe in quo ē vt in ſubo ꝯm nomen.qꝛ veꝝ ē dicere ꝙ corpus eſt albū.rō vo.i.diffō albi nunq̄ꝫ ꝑdicat̄ de corꝑe:itelligēdo vt ſuperiꝰ eſt expoſitum in quadā qͦne.Sic diffinitio albi eſſet ipſi corpori eſſential̄.⁋ Notāduꝫ ꝙ itelligendo qd dicit̄ ꝑ nomen dici de.⁊ eſſe in.vt ſupius dictum eſt:falſa eſt iſta dr̄ia quā ari.aſſignat iter illa q̄ dicunt̄ de ſubo.⁊ inter illa q̄ ſunt

in ſubo.nā dici de.ſignificat ꝑdicationē eēntiatē ꝛ eoꝝ ꝗ ſunt ſupioꝛa ꝛ eiuſdē gn̄is cū ſubo.ꝛ de talib⁹ manifeſtū eſt ꝙ ꝑdicātur de ſubo.i.de īferioꝛi ꝭ nomē ꝛ ꝭ rōnē.ſed eē ī. ſignificat ꝑdicationē eoꝝ ꝗ ſūt ex eēntiā ſubi ꝛ alteri⁹ gn̄is vt ſūt oīa accidētia reſpectu ſubē.ꝛ de talib⁹ manifeſtū ē ꝙ ſi ſumātur ī abſtracto.nec ꝭm nomē nec ꝭm rōnē ꝑdicātur de ſubo.falſū.n.ē dicere ꝙ coꝛp⁹ ē albedo aut coloꝛ diſgregatiuus viſus ſi iſta ſit diffō.albedinis.ſi āt ſumāt ī ɔcreto nihil ꝓhibet eadē de ſubo ꝭm nomē ꝑdicari ꝛ nō ꝭm rōnē. hec enim eſt vera.coꝛpus eſt albū.

¶ Alia vero oīa aut de ſubiectis dicunt̄ pricipalibus ſubſtātijs:aut in ſubiectis eiſdē ſūt.

¶ Infert ex ꝑdictis illā mi.di.ꝙ oīa alia a ꝑmis ſubijs aut dicuntur de eis tāꝗ̄ de ſubiectis.aut ī eis ſūt tāꝗ̄ ī ſubo.ℏ ſic p₃ ex dcis.qꝛ oīa alia a ꝑmis ſubijs aut ſunt ſcde ſube.ꝛ ille dn̄r de ꝑmis.aut ſūt acciñtia ꝛ illa ſūt in ꝑmis ꝗ ꝗdāmō ꝑdicant̄ de ꝑmis.hec ꝛ alia patēt ex dcis.¶ Deide cū dic.

¶ Hoc autē manifeſtū eſt ex his ꝗ ꝑ ſingula ꝓponent̄ vt aīal de homine ꝑdicatur.ḡ ꝛ de aliquo hoīe animal ꝑdicabit̄.nā ſi de nullo aliquoꝛum hominum diceretur nec oīo de ipſo ꝑdicaretur. Rurſus coloꝛ in coꝛpoꝛe ē.ḡ ꝛ ī alquo coꝛpoꝛe. nā ſi non ī aliquo ſingulorū ē:nec oīo in coꝛpoꝛe.

Oſtendit illā mi.ī ſingulis īducēdo.circa qḋ.3.facit.ꝑ enim inducit.2° ɔcludit ibi(ꝗre oīa)tertio aliā ɔclōne₃ īfert ex dcis ibi(nō ḡ exiſtētib⁹).Dicit ḡ ꝙ ℏ qḋ dcm̄ ē ite₃ manifeſtū ē ex his ꝗ ꝑ ſingula īducēdo ꝓponūt̄.vt aīal ꝑdicat̄ de hoīe vt g⁹ ð ſpē.ḡ ꝛ ꝑdicat̄ de quodā hoīe ꝗ ē ꝑ⁹ſuba.ꝛ ꝓbat illā ɔn̄tiā.ad deſtructōe₃ an̄tis ſeqꝛ̄ deſtructio ɔn̄tis.nā ſi aīal de n° aliqꝝ.i.ꝑticulariū hoīu₃ ꝑdicat̄.ḡ nec ð ipſo hoīe ī cōi ꝑdicat̄:ex ℏ vult ꝙ ſcde ſube dn̄r ð ꝑmis vt coloꝛ eſt in coꝛpe.ḡ ꝛ ī aliq̄ coꝛpe.ꝛ ꝓbat ɔn̄tia₃ vt ꝑ⁹.qꝛ ſi coloꝛ ī nullo coꝛpe ſingulariū.nec ī cōi erit coꝛpe.qḋ ē op⁹ an̄tis.Qualr̄ aūt ille ɔn̄tie teneāt.patebit ī qōne ſtati.vl't āt ex iſta vltima ɔn̄tia ꝙ oīa accn̄a ſint ī ꝑmis ſubijs que fuit altera ꝑmi.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare oīa alia aut de ſubiectis dicunt̄ pricipalibus ſubſtātijs aut in ſubiectis eiſdem ſunt.

Infert dictam mi.ex ꝑdcis di.ꝙ oīa alia a ꝑmis ſubijs aut dicūtur de ipſis ſic ð ſubiectis vt ꝭe ſube.aut ſūt in ipis ſic in ſubiectis vt ſūt oīa accidentia.

¶ Nō exiſtētib⁹ ergo ſubſtātijs primis ipoſſibile eſt aliqḋ alioꝝ remanere. Omnia enim alia aut de ſubſtātijs primis dicunt̄ aut in ſubſtātijs primis ſunt.

¶ Ex iſtis infert quādā aliā ɔclōne ꝗ ē ꝙ nō exn̄tib⁹ ꝑmis ſubijs ipoſ'e ē eē aliqḋ alioꝝ.cui⁹ cām ſubdit.qꝛ oīa alia aut dicūt̄ de ꝑmis aut ī eis ſūt vt ꝑdcm̄ ē.ꝛ iō ꝑmis nō exn̄tib⁹ alia nō exiſtunt.¶ Nondū ꝙ iſta vltia ɔclō nō vr̄ eē va.deſtructis enī ꝑmis ꝭe ſube pn̄t de ſe inuicē ꝑdicari ꝑ ſe vt aīal ꝑdicat̄ de hoīe ergo ꝛc.¶ Dr̄ ꝙ intelligēda ē ꝗ̄tū ad illud eē qḋ habēt alia ī ꝑmis ꝗ̄uis poſſint remanere quo ad aliō eē vt ꝗditatiuū vel eē ītelligibile.¶ Cōtra.iſtā expōne₃ arguit̄.qꝛ ſuba ꝭa inꝗ̄tū ſit ℏ ð ea ꝭmo opponit̄ ꝑme.qꝛ diuidunt ſubam ꝑ oppoſita.n⁹ āt oppo⁹ h₃ eē ī ſuo oppoſito.ḡ ꝭa ſuba n⁹ eē h₃ ī ꝑma.ꝭ₃ ꝗ illā expōnē abſolute diceretur deſtructis ꝑmis n⁹ alioꝝ deſtruit̄.¶ Confirmatur.qꝛ aꝝ. loquēs ð ſcda ſuba ꝛ accn̄tib⁹ dic̄ oīa alia a pria.ſed inꝗ̄tū habēt eē ī ꝑma nō ſūt alia a ꝑma. ḡ nō loqꝛur ð eis inꝗ̄tu₃ habēt eē ī ꝑ⁹ſuba.¶ Alr̄ ḡ pōt dici ꝙ iſta 2° logice ſūpta.ſ. de ipſis intētōib⁹ ē manifeſta ſic.nā ꝭa ſuba dr̄ relatiue ad ꝑmā ſic dcm̄ de aliquo ad illud de quo dr̄. igit̄ ſi pria nō ē. ꝭa nō ē.qꝛ rl'a ſūt ſil' nā.vt dr̄ īfra.c. de relatōe ſilr̄ accidēs dr̄ relatiue ad ſubm loquēdo de intētionib⁹.intētio.n.ſubi vel fundat̄ ī ꝑma ſuba vel ꝭa.ſi ī ꝑma.ergo nō ē ſub₃ iſti⁹ accidētis.ꝛ ſi nō ē ſubm.ergo nec accidēs.ꝑ illā rl'a₃.relatiua ſūt ſil' natura.ſi ītētio ſubi fūdat̄ ī ꝭa ſuba.ar.ſic.deſtructa pria ſuba ꝭa nō ē.ꝑ locū a relatiuis.ꝛ ſi ꝭa nō ē: ſub₃ tal' accidētis nō ē.ꝛ ſi ℏ.ergo tale accidēs nō ē.ꝑ locū a relatiuis.¶ Ꝑ.dcā ɔclō pōt itelligi de ipis ꝗ ſubſtāt ītētionib⁹. qꝛ ꝭa ſuba nō h₃ aliud eē ꝗ̄ a pria ſuba.¶ Silr̄ eē accidētis ē a ſubo.ſi a pria ſuba illa nō exiſtēte accidēs nō eſt.ſi a ꝭa illa nō ē ſi ꝑma nō ſit.igr̄ ſi pria ſuba nō ſit nulla ſuba ē: nec vllū accidēs.¶ Ex his ad arg⁹ dōm ꝙ loqn̄do de ītētionib⁹ deſtructis ꝑmis.nec ſūt ꝭe ſube ꝑꝑ cā₃ dictā nec ēt aliqḋ ꝑdicatū ī gn̄e ſube.nec illo mō ꝑ° ſube ſūt magis coꝛꝛ ptibiles ꝗ̄ ꝭe.Silr̄ ē ð reb⁹ ꝗ ſubſiſtūt inꝗ̄tū eis attribuūt̄ t'les ītētōes.ꝛ qꝛ cōis ſiue exn̄t! ſiue nō exn̄tl'e accipe ſup⁹ ꝑ additionē ꝓnois demratiui.ſi ſūt ip₃ cōe eſt.iō dr̄ ſiue aliqs hō ſit ſiue nō ſꝑ ſeqꝛur.aīal ꝑdicat̄ de hoīe.ergo de aliq̄. ꝛ ꝙ ꝑꝑ idē eſt ɔn̄s veꝝ ꝑꝑ qḋ ꝛ an̄s.ſ.ꝑꝑ inſepabilē vnionē extremoꝝ l₃ neutrū exiſtat.¶ Cōtra ɔclōnē dictā ite₃ ar. ſic.deſtructo poſterioꝛi nō o₃ deſtrui ꝑus.ſed ꝭa ſuba ē poꝛ ꝑma.qꝛ ſeqꝛur ad ipſam ꝛ nō ecōuerſo.ergo deſtructa ꝑma ſuba nō o₃ deſtrui ꝭam.¶ Dicendū ꝙ loquēdo de intētionibus ſil' ſunt natura.qꝛ coꝛrelatiua.loquēdo aūt de reb⁹ l₃ foꝛte hō ſit ꝑus illo hoīe.non tn̄ aliquo hoīe.qꝛ ſcda ſuba nō h₃ aliud eſſe ꝗ̄ eē alicui⁹ ꝑme ſube.

Ad maiorem euidentiā oīum ꝑdictoꝝ querit̄ de ɔn̄tijs ꝗs facit aꝝ.ad ꝓbādū ꝑmā₃ ɔclōnē.aīal ꝑdicat̄ ð hoīe.ḡ ð aliq̄ hoīe.ꝛ coloꝛ ē ī coꝛpe.ḡ in aliq̄ coꝛpe.vtꝝ hꝫ ɔn̄e teneāt foꝛmalr̄.ar.ꝙ n̄.qꝛ nec alibi t₃.ſpēs ꝑdicat̄ ð hoīe.ḡ de aliquo hoīe.vbi ē eadē foꝛma arguēdi.¶ Ꝑ.vr̄ eē falſa ɔn̄tis a ſupioꝛi nō diſtributo ad inferi⁹.ꝛ ita pō ɔn̄tis.ꝗ ɔn̄a nō valet.¶ Cōfirmat̄.qꝛ termin⁹ de ſe ē idn̄s ad oē₃ ſuppōnē.ḡ ſi arguit̄ ab ipō ſūpto abſolute ad ip₃ ſub vna ſuppōne tm̄ ar.ab indn̄ti ad determinatū.ꝛ ſic ſit falſa ɔn̄tis ita ē ī ꝓpoſito.¶ Contra.aꝝ.in l'ra.ꝛ ꝓbat vtrāꝗ ɔn̄am īferēdo ex oppoſito ɔſequētis op^m an̄tis.¶ Rn̄deo.ꝑmo ð pria ɔn̄a dō₃ ꝙ ē bona.aīal ꝑdicatur ð hoīe.ḡ ð aliquo hoīe ſumēdo ꝑdicari vt ℏ ſumit aꝝ.ſ. ſupioꝛis ð īferioꝛi ī gn̄e.ɔcurrit enī ſup hāc regulā ꝗn̄ alterū ð altero ꝑdicat̄ ꝗ valet illā.qḋ ē ꝑus poꝛe ē ꝑus poſterioꝛe.¶ Intelligēdū ē ēt ꝙ ℏ ɔn̄a t₃ deſcēdēdo ad iſtū hoīe₃ vbi ē pria ſuba determinata ꝛ determinate.qꝛ ſeqꝛ̄ ſi ē pri⁹ aīal hoīe.ḡ iſto hoīe.ſ₃ aꝝ.īferēdo īfert ð ſuba ꝑma determinata īdetermiate:tn̄ ſic ponit̄ ꝑ ℏ ꝙ ē aliqs hō.qꝛ ſic ſumitur oppo⁹ ɔſequētis.¶ Scdo ð ꝭa ɔſequētia ſil'r ð pria dr̄ ꝙ vtraꝗ ɔn̄a t₃ tm̄mō ſumēdo cōe.vt h₃ ſuppōne₃ ꝑſonalē.ꝛ tūc ꝭa ɔn̄a tenet ꝑ hanc regulā.nihil ineſt alicui diſiunctiue ſupponēti ꝓ multis niſi alicui illoꝛu₃ indeterminate ſumpto inſit.ꝛ ſic ex dictis conſequentijs probatis infert aꝝ.duas conſequētias.vna eſt.igitur omnia aut de ſubſtantijs dicūtur principalibus vt de ſubiectis aut ſunt ī eis.que ɔcluſio eſt ſic intelligēda.ſicut ſequitur ex an̄te ꝓbato.ꝛ ℏ.ſic oīa alia que dicuntur de ꝭis.vel ſūt in eis vt habēt acceptionē ꝑſonalē dicūtur de primis vel ſunt ī eis. ex hac ſcda ɔclōne infert aꝝ.tertiā.deſtructis ergo primis īpoſ'e eſt aliqḋ eoꝝ remanere quō.exponēda ſit p₃ ex ꝑdictis ſuperius.¶ Ad ꝑmū in oppoſitū.dico ꝙ ſpēs nō predicatur de hoīe.vt ℏ ſumitur predicari.qꝛ nō eſt ſuperius eo in genere.ꝗ̄uis ſpēs dicat̄ ð hoīe.tamē nō vt homo habet ſuppōnem ꝑſonalē ꝛ neutra ɔſequētia valet.niſi ſic ſumendo cōmune.¶ Ad 2^m.vt eſt cōtra vtranꝗ ɔſequētiā dōm ꝙ nō eſt falſa ɔſequētis.qꝛ nō ar.ad primā ſubſtātiā determinatā ꝛ determinate.ſed indeterminate.ꝛ illo mō ē eque cōmune cū termino cōi ſumpto ꝑſonaliter.¶ Ad ɔfirmationē dōm ꝙ terminus in vna ꝓpōne nō habet niſi vnam

ſuppōnē3.⁊ ē impoſſe ī vna ꝓpōne hr̄e diuerſas ſuppōnes. termini ergo ſunt indifutes ad diuerſas ſuppōnes.l3 nō in vna ꝓpōne.loqtur aūt de ꝯſequētia vt antecedēs eſt ꝓpō vna ⁊ vt termin⁹ cōis h3 pſonalē ſuppōnē.⁊ ſic nō ē maioꝛ indifferentia in antecedēte q̄ȝ in ꝯſequēte.

Secundaꝝ vero ſubſtantiaꝝ magis ſuba ē ſpēs q̄ȝ g⁹. ꝓpingoꝛ enim ē prime ſube. Si eni qs aſſignet primā ſubſtātiā qdē euidentius qdē ⁊ ꝯueniētius aſſignabit ſpēm proferēs q̄ȝ genus ⁊ quēdam hominem aſſignādo manifeſtius ⁊ ꝯueniētius aſſignabit hoiem q̄ȝ aīal. Illud enim magis ꝓpriū alicui ē homini. hoc aūt cōmunius. ⁊ cū aliquā arboꝛē reddideris manifeſtius aſſignabis cum arboꝛem aſſignaueris q̄ȝ plantam.

¶ Uidendū g̊ primum eſt vtrum propoſita dif-ferētia omni poſſit ⁊ ſemper ineē ſubo. ꝙ ſi ipa vel actu vel rōne ſeiungitur hec a diuiſione gene-ris ſeꝑanda eſt. Si. n. ſepe ⁊ actu ⁊ rōne ſeiun-gunṫ ex eorū genere ſunt q̄ ſtatim reliquūt: vt ſe-dere: qꝺ frequētius qdem ſeparatur ⁊ actu: ipo a ſubo diuidiṫ. Que vero ratione ſola a ſubo di-uidūtur ea ſunt conſequentium differentiaruꝫ: vt glaucis oculis eſſe a ſubo rōe ſeiungimus: vt cum dico animal ē luminibus glaucis. vt qlibꝫ homo. ꝙ ſi hic nō eſſet huiuſmodi. nō tamē res aliqua eē hominem ꝓhiberet. Aliꝺ rurſus ē qꝺ non poſſit rōne ſeparari qꝺ ſi ſeparatum ſit ſpēs interimaṫ. vt cum dicimus ineē homini vt ſolus numerare poſſit vel geometriam diſcere. ꝙ ſi hec poſſibilitas ab homine ſeiūgitur: homo ip-ſe non permanet. Sꝫ hec non ſtatim earum dif-ferentiarum ſunt que ſubſtantia īſunt. Nam nō idcirco hō eſt qm̄ hec facere poteſt ſed quoniaꝫ rōnalis eſt atqꝫ mortalis.

Exponit intentū dans artē cognoſcendi differētias per ſe que ꝯſiſtit in hoc ꝙ ꝓpoſita aliqua differētia videndū ē ſi eſt ſeparabilis. q꞉ ſi ſic nō eſt dr̄ia ꝑ ſe. ſi aūt eſt inſeꝑabilis videndū eſt ſi cōſtituit ſpeciē ineſſe. q꞉ ſi nō. nō eſt dr̄ia per ſe. ergo differentia per ſe erit illa que inſeꝑabilis eſt. ⁊ ꝯſti-tuit ſpeciē ineſſe ſpecifico ⁊ formali. dicit ergo ꝙ ꝓpoſita omni. i. quacūqꝫ differentia. videndū eſt. vtrū ſemꝑ inſeꝑa-biliter inſit ſubo. q꞉ ſi poſſet ſeꝑari quocūqꝫ mō. vel actu vl' rōne. i. in intellectu iam nō valet ad diuiſionē gn̄is. q꞉ iam nō eſt per ſe. q꞉ illa dr̄ia que actu pōt ſeꝑari eſt de illis que ſubiectū relinquūt. ⁊ dicuntur ſil'r ſeꝑabiles. ſed illa q̄ ſola rōne. i. intellectu ſeꝑantur a ſubiecto dicūtur ꝑmanentes ⁊ inſeꝑabiles. exemplū p̄mi. vt ſedere. exēplū ſecūdi. vt glau-citas oculi. que ſi per intellectū ſeparenṫ a ſubo. puta intel-ligendo hominē glaucū ſine glaucitate nō ſequiṫ hominē non eſſe. q꞉ talis dr̄ia nō conducit ad eſſe: nec eſt de eē rei. ¶ Aliud eſt genus dr̄ie qꝺ nullo modo pōt ſeꝑari nec actu nec intellectu. q꞉ ſi ſeparetur. ſtatim ſpecies īterimitur. vt eſt hominis poſſe numerare. vel geometra adiſcere. q꞉ hac poſſibilitate circūſcripta ab hoīe quocūqꝫ mō. iā homo nō permanet. ſed intelligitur deſtructus. ſed nec talis dr̄ia eſt de numero eaꝝ que ſunt in ſubſtātia. i. de eſſe ſpeciei. nō. n. ideo hō eſt homo. q꞉ pōt hoc facere. ſꝫ q꞉ eſt rōnalis ⁊ mor-talis. ⁊ ideo ille ſunt dr̄ie per ſe: que cōſtituūt hoīeꝫ intrin-

ſece ⁊ formaliter ⁊ eẽntiã ſpeciei. ¶ Ultimo ibi.

¶ Hę igitur differentie per q̃s ſpecies conſiſtit: ipſe ⁊ in diffinitione ſpeciei vt hominis: ⁊ in generis eius diuiſione qđ continet ſpeciem vt ipſum hominẽ collocantur. ⁊ vniuerſalr̃ dicendũ eſt quecunqȝ differentie huiuſmodi ſunt: vt nõ mõ preter eas ſpecies eſſe nõ poſſit. ſȝ per eas ſolas ſit he vel ĩ diuiſione generis vel in ſpeciei diffinitione ſumende ſunt.

Concludit intentũ ⁊ artẽ datã. dicens ꝙ ille drĩe ꝑ q̃s ſpẽs eſſentialiter ſubſiſtit ſunt collocande in diffõne ſpẽi ⁊ diuiſione generis qđ ↄtinet illã ſpẽm. puta hominẽ. ⁊ vlr̃ hoc ẽ verũ ꝙ quecũqȝ drĩe ſunt tales ꝙ nõ ſolum a ſpẽ nullo mõ ſepari poſſunt nec actu nec intellectu. ſed etiã ꝙ ꝑ illas ſit ſpẽs. ſ. eẽntialiter ⁊ intrinſece. ille ſunt que ſumẽde ſunt in diuiſione gñis ⁊ diffõne ſpẽi. ¶ Notandũ ꝙ vt dicit porꝰ ⁊ verꝝ eſt deſtructo ꝓpõ deſtruit̃ ſpẽs. cuius cã eſt. qꝛ ꝓpriũ oritur neceſſitate naturali ex eẽntialibꝰ ꝑncipijs ſpẽi ſic ꝙ poſita ſpecie neceſſario ponitur propriũ. ergo a deſtructõe ↄſequẽtis deſtructo ꝓprio deſtruitur ſpẽs. ꝓpriũ aũt lȝ idẽ ſit realiter cũ ſpẽ d̃ quo alias. differt tñ formaliter ⁊ q̇ditatiue. nec eſt de eẽ ſpeciei. ſȝ eſt accidẽs ꝓpriũ eiꝰ. ⁊ hic eſt ꝙ intelligere ſpẽȝ ſine ꝓpõ nullã ĩplicat ↄtradictionẽ. omnis autem aptitudo naturalis eſt proprium ſeu paſſio apti nati. vt riſibilitas hominis et ſilr̃ poſſibilitas. ideſt aptitudo numerãdi ⁊ adiſcendi ſciẽtiã. ergo ⁊c̃. nõ ſic põt dici de drĩa per ſe ⁊ ſpecifica. qꝛ cũ ipſa ſit de eẽntiali ⁊ formali cõceptu ſpẽi cõpetẽs per ſe ꝑmo mõ. nullo mõ põt ſeparari ab ĩtellectu ſpẽi abſqȝ ↄ̃dictõe. bene ergo ait boetiꝰ ꝙ ſicut poſſibilitas ad numerandũ vel ad adiſcendũ nõ põt ſepari ab homine. nec actu nec intellectꝰ intelligere ſic eẽ in re. cum ſit eius ꝓpa paſſio. tñ nõ ꝓpter hoc eſt drĩa per ſe. qꝛ hõ ꝑ eaȝ formaliter nõ ſubſiſtit. refert enĩ aliq̇d intelligere eẽ ſine alio ⁊ intelligere aliq̇d preter aliud. i. nõ intelligẽdo aliud. quia ſcđȝ eſt poſſibile in multis. et nõ ꝑmũ. verbi grã. genꝰ põt intelligi nõ intelligendo aliquã ſpẽm. et tñ impoſſibile eſt ipſuȝ intelligere eſſe ſine ſpẽbus. ideo dicitur ſcđo phy. ꝙ abſtrahentiũ nõ eſt mendaciũ. qꝛ lȝ ĩtelligã aĩal nõ ĩtelligendo hominẽ aut aſinũ ⁊c̃. abſtrahendo genꝰ ab oĩbꝰ ĩferioribus. nõ tñ ꝑ ꝑ h̃ ĩtelligo aĩal eẽ ſine hoĩe ⁊ aſino ⁊c̃. ſilr̃ eſt in ꝓpoſito de ꝓpa paſſione. qꝛ lȝ intelligaȝ intellectu formali ⁊ q̇ditatiuo hoĩem ſine aptitudine ad numerare. non tñ intelligo hoĩeȝ eẽ ſine tali aptitudine. qꝛ q̃tũ ad eẽ non põt ſepari talis aptitudo nãlis ab hoĩe nec actu nec intellectu ſm̃ ꝙ dicit boetius in hoc loco.

QUoniam vero quedã ſunt que differunt. que contra ſe ĩ diuiſionibus poni non debẽt. vt ĩ animali rõnale ⁊ bipes. Nullus enĩ dicit animaliũ alia ſunt rõnalia alia duos pedes habentia: idcirco ꝙ rõnale ⁊ bipes lȝ differant nulla tamen a ſe oppoſitione ſeiungunt̃. Conſtat q̃cunqȝ a ſe aliqua oppoſitiõe differunt eas ſolas differentias ſub genere poſitas genus ipſũ poſſe diſiungere.

¶ Poſita ꝑma ↄditione drĩaꝝ que diuidũt genꝰ nũc declarat ſcđam. ſ. ꝙ debẽt eẽ oppoſite. vbi ſic ꝓcedit. ꝑmo ꝑmittit quoddã ſuppoſitũ cõiter ↄceſſuȝ. ſ. ꝙ oȝ drĩas diuidẽtes genus eſſe aliquo mõ oppoſitas. ſcđo exponit ꝓpoſituȝ. ſ. q̃ oppõne opponũtur. ibi (ſũt aũt. 4.) dicit ergo ꝙ qꝛ ſũt q̃dã que drñt tñ nõ ponũtur in diuiſione generis vt rõnale ⁊ bipes. nullus enĩ diuidẽs aĩal dicit. aĩaliũ aliud rõnale aliud bipes. cuius rõ eſt. qꝛ hec lȝ ſint diſꝑata nõ tñ ſũt oppoſita. qꝛ ergo ſic eſt cõſtat illas ſolas drĩas diuidere genꝰ q̃cunqȝ a ſe drñt aliqua oppoſitione. puta rõnale ⁊ irrationale ⁊c̃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem q̃ttuor oppoſitiones aut vt cõtraria vt bonũ malo. aut vt habitus ⁊ priuatio vt viſus ⁊ cecitas. Quãq̃ȝ ſint ⁊ quedam res ĩ q̇bus diſcernere difficultas ſit vtrum ĩ contrarijs an ĩ priuatione ⁊ habitu eas oporteat collocari vt ſũt motus q̇es ſanitas egritudo vigilatio ſomnꝰ lux tenebre. Sed hec alias. nũc de reliquis oppoſitionibꝰ dicendũ eſt. Tertia oppoſitio eſt que eſt ſm̃ affirmationem ⁊ negationem. vt So. viuit So. non viuit. Quarta que ſm̃ relationẽ vt pater filius. dominus ſeruus.

Oñdit ꝓpoſitũ qua. ſ. oppoſitione opponunt̃ drĩe diuidẽtes genꝰ. circa qđ tria facit. ꝑmo diſtiguit ſpẽs oppõnis. ſcđo applicat ad ꝓpoſitũ. oñdens quõ veniãt in diuiſione gnĩs. tertio cõparat oñdens ſȝ quã oppoſitionẽ magis opponunt̃ ea q̃ diuidũt genꝰ. ſcđa ibi (ſm̃ q̃s igit̃ haꝝ) tertia ibi (cũ igit̃ 4. ſint) In diſtiguẽdo aũt ſpẽs oppõnis interſerit q̇dã dubiũ circa. 2. primas ſpẽs ibi (q̃q̃ȝ ſint) dicit g̊ ꝙ. 4. ſũt ſpẽs oppoſitionis. qꝛ q̃dã opponunt̃ vt ↄ̃ria. vt bonũ ⁊ malũ. q̃dã vt ꝑuatio ⁊ habitus. vt viſus ⁊ cecitas. ⁊ ſubdit ꝙ in q̇buſdã eſt difficile videre vtꝝ ſint ↄ̃ria aut ꝑuatiue oppoſita. vt ſũt motus ⁊ q̇es. ⁊ q̃dã alia que in lr̃a ponunt̃. de cuius ſolutiõe ſe excuſat dicẽs ꝙ hec alias ⁊ nõ modo ſunt ĩquirẽda. ſȝ nũc de alijs ſpẽbus oppõnis eſt dicẽdũ. iõ ſubdit ꝙ tertia oppõ eſt ſm̃ affirmationẽ ⁊ negationeȝ que vocat̃ ↄ̃dictio. q̃rta aũt ſm̃ relationẽ quõ pater ⁊ filius. dñs ⁊ ſuus. q̃ ſunt relatiue oppoſita. ¶ Notandũ ꝙ de iſtis de quibus mouetur in lr̃a dubium põt breuiter ſic dici ꝙ motus ⁊ q̇es vigilia ⁊ ſomnus lux ⁊ tenebra ſunt ꝑuatiue oppoſita. qđ ꝓbatur ex diffinitione ꝑuationis poſita in predicamentis. priuatio. n. eſt negatio ĩ apto nato. ſed q̇es eſt hꝰ. illa. ſ. q̃ ẽ a termino a q̃ que nihil dicit aliud formalr̃ niſi negatõeȝ forme ad quã ẽ motus in mobili apto moueri ad formã illã. ſomnus ſilr̃ vt ꝑȝ in libro de ſomno ⁊ vigilia. ⁊ tangitur etiã. 5. meta. non dicit formaliter niſi quietem potentiaꝝ anime ab actibus. tunc enim animal dormit. cum omnes potentie anime cognitiue. ⁊ per conſequens appetitiue quieſcunt ⁊ ceſſant ab actibus ſuis. ideo ſomnus formaliter eſt negatio vigilie in apto nato vigilare. i. habere actus potentiaꝝ anime. ſimiliter tenebra formaliter non ẽ aliud niſi negatio lucis ĩ aere q̇ ẽ aptus recipere lucẽ. ¶ Si arguat̃ ↄtra hoc. quia priuatio ⁊ habitus habent fieri circa idẽ ordine irregreſſibili. qꝛ non eſt regreſſus a priuatione in habituȝ ſm̃ Ariſto. in predicamentis. ſed h̃ eſt regreſſus a quiete ad motũ. a ſomno ad vigiliam. a luce ad tenebrã. ergo ⁊c̃. ¶ Reſpondeo. illa ꝓpoſitio ꝙ a priuatione non eſt regreſſus ad habitũ non ẽ vlr̃ vera. quõ aũt ſit ĩtelligẽda ⁊ quõ ẽ ad ꝓpoſitũ ari. vbi. s̃. ibi expoſitum eſt in quadã q̃ne. quere ibi. de ſanitate aũt ⁊ egritudine eſt diſtinguenduȝ. quia vel egritudo dicit tantum carentiam ſanitatis. ⁊ ſic eſt priuatio. quia negatio in apto nato. ⁊ opponitur priuatiue ſanitati. vel dicit habituȝ ↄtrarium. puta aliquã poſitiuã ⁊ malã diſpõnem corporis oppoſitã bone diſpoſitioni. ⁊ ſic accipitur contrarie. ⁊ tunc ſanitas ⁊ egritudo ſunt contraria. ¶ Notandum etiam ꝙ circa ſpecies oppoſitionis multa poſſent queri. que queſita ſunt: ⁊ pertractata in predicamentis. caplõ de oppoſitione. ideo illa nũc ꝑtermitto ⁊ q̃rãtur ibi. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Secundum quas igitur harum oppoſitionũ

quattuoꝛ diuiſio generis fit rectiſſima rōne monſtrandum ē. Manifeſtum eſt enim ⁊ oppoſitiones eſſe quattuoꝛ ⁊ genera ⁊ ſpecies ꝑ oppoſita ſeparari. Nūc ergo dicendum eſt ſm quam oppoſitionem harum q̃ttuoꝛ vel quemadmodum ſpecies a genere diſiungi conueniat.

Oſtēdit quō ille ſpēs oppōnis veniāt ⁊ ſuiant ad diuiſionē gnīs. vbi duo facit. pmo ponit ītentū. ſcōo ꝓſeqtur de ītento. ibi( ⁊ ꝓpꝛia qdē )dic̄ ergo ꝙ nūc mōſtrādū ſꝫ quā oppōnē haꝝ. 4. fiat generis diuiſio. cū gen' diuidat̄ ꝑ oppoſita ⁊ oppōnes ſint. 4. vt pꝫ ex p̄dictis. ideo nūc dicēdū eſt quō diuiſio gnīs in ſpēs fiat ſm oppōnē. ¶ Poſtea ibi.

¶ Et pꝛima qdeꝫ ſit oppoſitio contradictionis. Voco aūt contradictionis oppoſitionē que affirmatione ⁊ negatione ꝓponitur.

Proſeqtur de itento. vñ pars iſta diuidit̄ in. 4. qꝛ pmo ꝓſequit̄ de oppōne ꝯdcōꝛia. ſcōo de ꝓuatiua. tertio de ꝯꝛia. q̃rto de relatiua. ſcōa ibi( oppoſita vero )tertia ibi( ꝯꝛioꝝ vō) q̃rta ibi( q̃rtā vō oppōnē )pma in. 2. pmo oſtēdit ꝙ abſolute. ⁊ ſimplr̄ loquēdo diuiſio gn̄is nō eſt faciēda ꝑ ꝯdictoꝛia. ſcōo oñdit ꝙ qñq꜄ ꝓpter neceſſitatē hꝫ fieri per ꝯdictoꝛia. ⁊ tūc quō dꝫ fieri ibi( nec̄e eſt aūt )pma in. 2. pmo qdē repetit. Scōo ꝓpoſitū oñdit ibi( in hac igit̄ )repetit aūt duo de ꝯtradictiōe. ſ. ꝙ ipa eſt pma oppō. ⁊ qd ſit di. ꝙ pꝛima oppō de qua ꝓſeqtur. pmo eſt oppō ꝯdictiōis. voco aūt contradictionem affirmationem ⁊ negationem oppoſitas. que ſcilicet ſunt eiuſdē d̄ eodē ⁊c̄. ¶ Hic occurrit dubiū. q̃re boeti⁹ enumerādo ꝓus ſpēs oppoſitiōis. pmo enumerat ꝯꝛia. nunc vero illa ꝓſequēdo pmo ꝓſeqtur de ꝯdictoꝛijs. videt̄. n. ꝙ ſcōus oꝛdo. ſ. in ꝓſequēdo. deberet rñdere pmo oꝛdini ī numerādo. Dicit̄ aūt hic ꝙ in pma enumeratiōe boetius attēdit ad nec̄itatē oppōnis in diuiſione gn̄is. ⁊ qꝛ ꝯꝛia ſunt magis nec̄ia in diuiſione gn̄is q̄ꝫ ꝯdictoꝛia. vt dicet̄ infra. iō ibi ꝯꝛia ꝓus enumerant̄. in ſcōa aūt enumeratione attendit ad ipſas ſpēs oppōnis abſolute ꝓut in re magis opponuntur. ⁊ qꝛ ꝯdictio eſt maxima oppō. vñ v̄tualr̄ ī q̃libet alia oppōne ꝯtinet̄ ⁊ icludit̄. iō hic ꝓus ꝓſeqtur de ꝯdictione. ſed de iſto oꝛdine enumerādi non multū eſt curandū dum tamen res intenta habeatur. ¶ Secunda ibi.

¶ In hac igit̄ negatio ꝑ ſe nullam ſpeciem facit. Nā cū dico hō vel equus: vel aliqd huiuſmodi ſpēs ſunt. Quicqd aūt negatione qs pꝛotulerit: ſpeciē nō declarat. Non enī eſſe hominē ſpecies nō eſt. oīs enī ſpecies ꝯſtituit eſſe. Negatio vero quicqd pꝛoponit ab eo qō eſt eē diſiūgit: vt cū dico hō q̄ſi ſit quiddā locutus ſum. Cū vero nō hō ſubſtantiā hoīs negatiōe deſtruxi. Sic igit̄ per ſe caret diuiſio generis in ſpēs negatione.

Oſtēdit ꝓpoſitū ꝙ. ſ. diuiſio gn̄is nō debet fieri abſolute per ꝯdictoꝛia. vbi ītendit ſic arguere. oē diuiſiuū generis cōſtituit ſpēm. ſed negatio nō cōſtituit ſpeciē. qꝛ deſtruit eſſe. ergo ⁊c̄. ꝯdictiōis aūt altera pars eſt negatio. hui⁹ rōnis pꝛimo ponit mi. ꝙ ī hac. ſ. oppōne cōtradictoꝛia ipſa negatio ꝑ ſe nullā cōſtituit ſpēꝫ. qō pꝫ. qꝛ cū dico hō vel equ⁹ dico aliquas ſpēs. ſed cū qs pꝛotulerit negationē puta dicēdo. non hoīem non equū. nō declarat ſpēm. qꝛ negatio magis d̄ſtruit eē q̄ꝫ cōſtituit. ſcōo ponit cōcluſionē ibi( ſic igit̄ )ſequitur enī ex p̄dictis ꝙ diuiſio generis ꝑ ſe. ⁊ abſolute caret negatione. i. nō dꝫ fieri per negationeꝫ. nec per ꝯñs per oppoſita ꝯdictoꝛie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neceſſe ē aūt ſepe ſpēꝫ negatōe ꝯponere. cū ea quā ſimplici noīe ſpēꝫ volum⁹ d̄ſignare. nullo vocabulo nūcupat̄. vt cū dico īpariuꝫ numeroꝝ aliȷ̃ ſūt pꝛimi vt tres qnqꝫ ſeptē. Aliȷ̃ ñ pꝛimi vt nouē ⁊ rurſus figuraꝝ alie ſūt rectiſſime. alie ñ rectiſſime. ⁊ coloꝝ aliȷ̃ ſūt albi aliȷ̃ nigri aliȷ̃ nec albi nec nigri. Ergo qm̄ vnū nomē ſpēb⁹ poſitū nō ē. eas negatione ꝓferre neceſſe eſt. Hoc igitur cogit interdū neceſſitas nō natura.

Oſtēdit ꝙ diuiſio gn̄is hꝫ quādoq꜄ fieri per negationē. quadaꝫ nec̄itate que euenit ꝓpter defectū vocabuloꝝ. vbi duo facit. pmo oñdit ꝓpoſitū. ſcōo exponit modū ꝑ quē illud fit ibi( ideoq꜄ qōcūq꜄ )dicit ergo ꝙ ſepe oꝫ ſpēꝫ cōponere. i. cōſtituere negatiōe. qñ. ſ. illa ſpēs quā volumus ſimplici noīe aſſignare nullo ꝓpꝛio noīe nuncupat̄. ⁊ tūc circūloquimur eā per negationē. verbi grā. vt cuꝫ dico numeroꝛū impariū aliȷ ſunt pmi. aliȷ nō pmi. ⁊ ſilr̄ figuraꝝ. alie ſunt rectilinee. alie nō rectilinee. ⁊ itē coloꝝ. aliȷ ſunt albi. aliȷ nō albi. quia enī talibus ſpēbus nomē vnū nō eſt īpoſitū. iō opoꝛtet ea ꝓferri ꝑ negationē. qꝛ neceſſitas nō eſt a nā. ſed ex defectu tali. ¶ Notandū ꝙ numer⁹ pmus dr̄ q̄ vna diuiſione vel pluribus non pōt diuidi in equales partes. vt ſunt tria qnq꜄ ſeptem. ſꝫ numerus non pmus dicit̄. qui vna diuiſiōe vel pluribus pōt diuidi in partes eq̄les. vt ſunt nouē. ter tria enim faciunt nouē. patet aūt ꝙ oēs dicte diuiſiones fiūt per contradictoꝛia. qꝛ accepta ſpecie oppoſita cū negatione fit alterum membꝛum diuiſionis. vt qdam pꝛimi. quidam non pꝛimi ⁊c̄. ¶ Secundo ibi.

¶ Ideoqꝫ quotiēs negatiōe facimus ſectionem. pꝛi⁹ aut affirmatio aut ſimplex dicendū ē nomē. vt ē. numeroꝝ aliȷ̃ ſunt pꝛimi aliȷ̃ non pꝛimi.

Exponit modū per quē hoc habet fieri quādo fit volens ꝙ in tali diuiſione ſemꝑ negatio debet poſtponi affirmatiōi. vbi ſic ꝓcedit. pmo facit qō dictuꝫ eſt. ſcōo remouet dubia quedā( ſed ſi cui parat̄ )pma in duas. pmo ꝓponit ꝯclōnē. ſcōo addit ꝓbationeꝫ. ibi( nam ſi pꝛi⁹ negatio )dicit ergo ꝙ quotiēs fit diuiſio per negationeꝫ pꝛius dꝫ poni affirmatio aut ſilr̄ nomen affirmatiuū. vt ſic. numeroꝝ aliȷ ſunt pꝛimi aliȷ non pꝛimi. ¶ Notādū ꝙ affirmatio quādoq꜄ ē ꝯplexa ⁊ eſt quedā ōrō ꝑfecta. quedā īperfecta. vt hoc qō dico. aliȷ ſunt pꝛimi. quādoq꜄ eſt īcomplexa. vt vnum nomē ſine particula negatiua. vt hō equus ⁊c̄. quocūq꜄ aūt modo affirmatio ſumit̄ in diuiſiōe generis cū negatiōe. ſemꝑ affirmatio eſt p̄ponenda. ¶ Poſtea ibi.

¶ Nā ſi pꝛi⁹ negatio dicta ſit. tardioꝛ ſi ei rei quaꝫ ꝓponim⁹ ītellect⁹. Nā cū pꝛimū dicis eē aliquos pꝛimos nūeros. cū q̃les ſint pꝛimi exēplo vl' diffōne docueris. q̃les ſūt nō pꝛimi. mox auditoꝛ ītelligit. Sin vero ecōtrario feceris. aut neutꝝ ſubito. aut tardius vtrunqꝫ cognoſcet. Diuiſio. n. q̄ ꝓpter aptiſſimā gn̄is naturā repta eſt: dꝫ potius ad ītelligibilioꝛa deducere. Ampli⁹ quoqꝫ pꝛioꝛ ē affirmatio poſterioꝛ vero negatio. Q. d̄ āt pꝛimū ē. ī diuiſiōe quoqꝫ pꝛimit⁹ oꝫ oꝛdiari. Nec̄e quoqꝫ ē ſꝑ īfinitis finita eē pꝛioꝛa: vt eq̄le ineq̄li. virtutē vitȷ̃s. certū īcerto. ſtabile ⁊ fixū inſtabili ⁊ mutabili. Sꝫ oīa q̄ aut definita ꝑte oꝛōnis aut affirmatiōe ꝓferunt̄. plus finita ſūt. q̄ꝫ aut nomē cū particula negatiua. aut tota negatio. Quare finito potius q̄ꝫ īfinito eſt facienda diuiſio.

Pꝛobat cōcluſionem dictā per tres rōnes. ſcōa ponitur ibi ( amplius q̊q꜄ )tertia ibi( nec̄e eſt quoq꜄ ) ¶ In pma parte

arguitur ſic.diuiſio eſt repta ꝓpter habendã maiorẽ cognitionẽ.ſed ſi negatio ꝑponatur non fiet maior cognitio.imo tardior ⁊ minor.ergo ⁊c.huius rõnis p̃mo ponit mi.di.ꝙ ſi prior dr̃ia diuidens genus ſit negatio.tardior fit intellect⁹ rei.nã ſi dicendo numerũ dicis aliquos eſſe p̃mos ꝑponendo affirmationem.⁊ docueris diffõne vel exemplo quales numeri ſunt p̃mi:ſtatim intelligitur quales ſũt nõ p̃mi. q: cognita affirmatione facil'r cognoſcitur qualis ſit negatio. ſi vero ecõtrario feceris ꝑponẽdo.ſ.negationem:aut nullo modo aut ſaltez tardius vtraq; pars cognoſcit̃.q: negatio non cognoſciturvel diminute cognoſcitur ſine affirmatõe. Scðo ponit ma.di.ꝙ diuiſio que repta ẽ ꝓpter gñis nãz.ſ. cognoſcendã dz deduci poti⁹ad intellgibiliora q̃z ſupꝑ.ad ignotiora.¶ In ſcða pte arguitur ſic ibi(amp̃. quoq;)p̃⁹ p̃us in diuiſione ordinãdũ eſt.ſed affirmatio eſt p̃or negatione.ergo ⁊c.huius rõnis p̃mo ponit mi. ſcðo ma.⁊ pz lr̃a. ¶ Notandũ hanc ꝓpõnem ꝙ affirmatio eſt p̃or negatiõe haberi ab ari.4.meta.⁊ ſcðo perhier.cuius cã põt dari. q: habitus prior eſt p̃uatõe.ſed affirmatio eſt per modũ hitus negatio per modũ priuationis.ergo ⁊c.

Sed ꝯtra.tũ q: p̃us eſt nõ eẽ q̃z eẽ.ſz negatio di.nõ eẽ.ſic̃ affirmatio eẽ.g̊ ⁊c.tũ q: illud eſt prius aliquo a quo nõ ꝯuertit̃ ꝯñ a.ex.5.meta.c.de p̃ori.ſz negatio eſt h⁹.q: ſeqtur eſt hõ.g̊ nõ eſt aſinus.⁊ nõ ecõuerſo.pz.g̊ negatio eſt p̃or affirmatiõe.tũ q: oẽs ſpẽs coeue ſunt ſub gñe ẜm boetiũ in cõmẽto ſup librũ periher.ſed affirmatio ⁊ negatio ſũt ſpẽs enũciatõis.g̃ vna nõ eſt p̃or alia.¶ Rñdeo affirmatio ⁊ negatio dupl'r ꝯſiderant̃ vel abſolute vel cõparatiue.ſi abſolute.dico abſolute ꝙ affirmatio eſt p̃or negatiõe.ſicut abſolute ens eſt p̃us nõ ente.ſi cõparatiue.aut cõparat̃ ad ſuũ genus vel ad ſubz.p̃mo mõ ſunt due ſpẽs coeue ſub gñe.ſcðo mõ.negatio eſt p̃or.q: lz abſolute eẽ p̃cedat nõ eẽ.tñ i eodẽ gñabili ⁊ corruptibili nõ eẽ p̃cedit eẽ.vt dr̃.9.meta.h̃ dicit ⁊ ꝓbat p̃ma rõ.¶ Ex his pz ad rõnes hic ide.qd dicendũ.q: p̃us eſt nõ eẽ q̃z eẽ cõparãdo illa ad ſubz de quo dicunt̃ ambo.ſil'r p reſpectũ ad ſubm nõ ꝯuertit̃ ꝯña a negatione.ſunt autem affirmatio ⁊ negatio due ſpẽs coeue in cõparatione ad ſuũ genus.¶ In tertia parte arguitur ſic.finitũ eſt pri⁹ infinitis.⁊ p ꝯñs debet pri⁹poni in diuiſiõe.ſed dicta p affirmationẽ magis ſunt finita q̃z dicta per negationẽ.ergo ⁊c. huius rõnis p̃mo ponit ma.di.ꝙ neceſſe eſt p̃ora eſſe finita infinita vt equale eſt prius inequali.⁊ virtus vitys.⁊ ſic de alys que in lr̃a ponũtur.Scðo ponit mi.ibi.(ſed oĩa)di.ꝙ omnia que proferuntur de finita parte orationis vt eſt homo aut equus.vel de affirmatione.vt aly ſunt primi ⁊c. plus ſunt finita q̃z ſit vnum nomen cui apponitur particula negatiua.vt eſt nomen infinituz.aut tota negatio vt eſt tota or̃o negatiua.vt aly nõ p̃mi.tertio ponit cõcluſionem. ibi(q̃re finita)pz lr̃a.¶ Notandũ ꝙ iſta.3ª rõ.valet in virtute ſcðe.ſ.ꝙ illud qð eſt p̃us p̃mo ponendũ eſt in diuiſione generis.ſz finitũ ſiue accipiat̃ icõplexe. vt nomẽ finitũ ſiue ꝯplexe.vt eſt or̃o pfecta vel iperfecta.p̃us eſt ifinito: ſiue accipiat̃ icõplexe vt eſt nomẽ ifinitũ ſiue ꝯplexe:vt eſt or̃o pfecta vel iperfecta in q̃ ponit̃ pticula negatiua.cui⁹rõ eſt.q: affirmatio p̃or ẽ negatiõe.ergo affirmatio vel ꝯplexa vel icõplexa ꝑponẽda eſt in diuiſiõe gñis ante quãcũq; negationem.¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ſi cui per hec quedaz paret̃ anxietas aut obſcuriora ſũt fortaſſe q̃z ipſe deſiderat.nihil ad me facilem cognitionem pollicẽtem. Neq;.n. rudib⁹ hec totius artis:ſed imbutis ⁊ vlteriore pene loco ꝓgreſſis legẽda ⁊ diſcẽda ꝓponim⁹.

Remouet duo dubia.2⁹ ibi(qs vero hui⁹)quia.n. in ꝓhemio ꝓmiſit ſe tractatuꝝ facil'r. nũc aũt videtur in tractatu difficil'r ꝓcedere ꝓbando ⁊ ſillogizando.poſſet aliqs dubitando anxiari.Ad qð rñdet di.ꝙ ſi alicui p hoc parat̃ anxietas:⁊ vident̃ ſibi obſcuriora q̃z vellet nihil ꝯtra me qui pollicitus ſuz in ꝓhemio facilẽ tradere cognitionẽ. q: non tm̃ rudib⁹.ſed etiã ꝓuectis ⁊ ibutis ꝓponim⁹ hec hui⁹artis tractata legẽda eſſe ⁊ diſcẽda.¶ Scðo ibi.

¶ Qui vero huius operis.i. dialectici ordo ſit: cũ de ordine ꝑipatetice diſcipline mihi dicendũ eẽt diligẽter expoſui.

Remouet ſcðm.dubitaret aliqs poſt quẽ librũ in logica qs alius liber dz legi ⁊ qs ordo opis dyalectici.ad qð rñdet di. ꝙ hoc diligẽter expoſuit cũ ſibi eẽt dicendũ de ordine perypathetice diſcipline.i.logice tradite ab ari.qui p̃nceps ⁊ caput dicit̃ perypathetice diſcipline. ¶ Ultimo ibi.

¶ Hec quidem dicta ſunt de oppoſitione quam affirmatio ⁊ negatio conſtituit.

Epilogat circa dicta.⁊ pz in littera.¶ Seqtur illa pars.

¶ Illa vero que ẜm habituz priuationẽq; fit ipſa quoq; videtur ſupiori eſſe cõſimilis. Negat.n. quodam modo priuatio habitus.

Ubi tractat q̃liter p̃uatiue oppoſita valẽt ad diuiſionez generis.vbi.2.facit.p̃mo oſtẽdit ꝙ diuiſio gñis fit quãdoq; p p̃uatiue oppoſita:ſcðo oñdit quõ habet fieri qñ fit ibi(ſz h̃ quoq; eodẽ modo)p̃ma in.2.p̃mo ꝯparãdo p̃uationẽ ad negationẽ mouet dubitationẽ. ſcðo ſubdit ſolutionez ibi(ſed differt)dic̃ ergo ꝙ illa oppõ q̃ eſt ẜm priuationẽ ⁊ habitum videtur eſſe conſimilis negationi.ideſt contradictioni ſuperius dicte.quia negatio quodãmodo priuat habitum ſicut priuatio.¶ Secundo ibi.

¶ Sed differt ꝙ ſemper qdem poteſt eſſe negatio.priuatio aũt non ſemper:ſz tunc qñ hr̃e habitum poſſibile eſt. hoc vero nos iam predicamẽta docuere. Quare forma quedam intelligitur eẽ priuatio. Non eniz tm̃ priuat ſed etiam circa ſeipſam priuatum quẽq; diſponit. Neq; enim cecitas oculũ ſolũ priuat lumine ſed ipſa quoq; ẜm ſe priuatum luce diſponit. cecus enim dicit̃ ad priuationem quodãmodo diſpoſitus ⁊ affectus. ⁊ hoc quoq; Ariſtoteles teſtatur i phyſicis. Unde fit vt priuationis differentia ad generis diuiſionẽ frequenter vtamur.

Soluit dubiũ ⁊ ſtat ſolutio in hoc ꝙ p̃uatio differt a negatione.q: p̃uatio ſupponit ſubm aptũ natũ ⁊ diſpoſitũ.negatio aũt nõ.⁊ hic eſt ꝙ negatio ſemꝑ põt dici de ſubo qñ oppoſita affirmatio nõ ieſt.ſed p̃uatio nõ ſemꝑ etiã qñ habit⁹ nõ ieſt.dicit g̊ ꝙ differt p̃uatio ⁊ negatio.q: negatio ſemper põt eẽ.p̃uatio vero nõ ſemꝑ.niſi qñ poſ'e eſt ſimpl'r hr̃e habitũ.ſicut dr̃ ab Ari.in p̃dicamẽtis.ex quo ifert ꝙ p̃uatio intelligit̃ q̃daz forma nõ in ſe formal'r.ſz p̃ſuppoſitiue ꝙ ſupponit diſpõnez in ſubo ⁊ nõ tantũ p̃uat habitũ.cecitas.n. q̃ eſt p̃uatio nõ tm̃ p̃uat oculũ lumine.i.viſu ſed priuatũ luce ſupponit vel diſpõit.i.ſupponit diſpoſitũ ⁊ aptũ. cecus.n.dicit̃ p̃uatus viſu:tñ diſpoſit⁹ ⁊ affectus.i.aptus hr̃e viſuz. vñ lapis nõ dicit̃ cecus:nec catulus añ.9.dies.ex qbus oĩbus infert principal'r itentũ.ꝙ frequentius vtit̃ dr̃ia priuatiua in diuiſione generis q̃z negatiõe.q: p̃uatio plus accedit ad eẽ q̃z negatio ꝓpter dictã cãm.¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sed hic quoq; eodem mõ ſicut i contradictione faciẽdum ẽ. prius enim ponẽdus eſt habit⁹. qui eſt affirmationi conſimilis.poſt vero priuatio que negationi.

Oſtẽdit quõ dʒ fieri diuiſio gñis ꝑ ꝓuationẽ. vbi ſic ꝓcedit ꝓmo facit qõ dcm̃ eſt. ſcdo remouet qõdã dubiũ ibi (aliquotiẽs) dicit g̊ ꝙ hoc faciẽdũ eſt eodẽ mõ ſicut in ꝯdictiõe. qꝛ ꝓus ponẽdus eſt habitus: qui eſt ſilis affirmationi: ꝛ poſtea priuatio que eſt ſimilis negationi. ꝛ hec ꝯcluſio poſſet ꝓbari ꝑ eaſdẽ rõnes per q̃s ꝓus. ¶ Scdo ibi.

¶ Aliquotiẽs tñ priuatões quedã habit⁹ vocabulo ꝓferunt̃: vt orb⁹: cec⁹: viduus. Aliquotiẽs tñ ꝑticula priuatõis: vt cũ dicim⁹ finitũ ĩfinitum: ꝛ eq̃le ĩequale. Sed in his eq̃le ꝛ finitũ in diuiſiõe ponẽda ſunt prima priuationis ſcdе.

Remouet dubiũ. forſitan crederet aliqs ꝙ ꝓuatio. nõ poſſet ſignificari quandoqʒ nomine habitus. hoc remouet dicens ꝙ aliquotiens quedã negationes ꝓferuntur vocabulo habitus. vt orbus. cecus. nudus. aliquotiẽs aũt cũ ꝑticula ꝓuatiua. vt dicendo finitum infinitũ. equale inequale. ly infinitũ ꝛ inequale ſũt priuationes. cũ ergo ꝑ talia fit diuiſio generis equale ꝛ finitũ que ſunt habitus ſunt prius ponenda in diuiſione. ꝛ ſecũdario ꝓuatões. ¶ Ultimo ibi.

¶ Ac de oppoſitiõe quidem priuatiõis ꝛ habitus hec dicta ſufficiant.

Epilogat circa dicta. ꝛ pʒ lr̃a tota. ¶ Notandũ ꝙ tunc ꝓuatio ꝓfertur noĩe habitus quando ſignificatur nomine cui nõ additur particula priuatiua. vt cecus nudus ꝛc̃. ꝛ per oppoſitum quando nomini additur particula priuatiua tunc priuatio profertur proprio vocabulo priuationis. vt infinitum. inequale. iniuſtus ꝛc̃.

Ad euidentiam predictoꝝ põt queri vtꝝ diuiſio generis poſſit fieri per ꝓuatiue oppoſita. videtur ꝙ nõ. nã omne diuidens gen⁹ eſt aliquid poſitiuũ. ſed priuatio non eſt aliquid poſitiuũ. ergo ꝛc̃. ma. pʒ. qꝛ genus vel diuiditur in ſpẽs. vel in dr̃ias. ſpẽs autẽ aliquid ponit. ꝛ ꝑ ꝯñs dr̃ia que ꝯſtituit intrinſece ſpẽm. negatiuũ aũt nõ põt eẽ de intrinſeca ꝯſtitutione poſitiui. ¶ P̃. priuatiue oppoſita habẽt fieri circa idem ſm ari. in predicamentis. ſed illa ꝑ que genus diuiditur que ſũt ſpẽs vel dr̃ie nõ poſſunt fieri circa idem. pʒ de rõnali ꝛ irrõnali. ergo ꝛc̃. ¶ Ad oppoſitũ eſt boetius in lr̃a. ¶ Rñdeo ꝙ loquendo ꝓprie de priuatõe diuiſio generis nõ põt fieri per ꝓuationẽ ſicut nec ꝑ negationẽ. ꝑꝑ rõnes tactas. ꝓuatio enĩ nõ ẽ aliŏ q̃ʒ negatio formaliter. negatio. ſ. in apto nato. quia ergo ſiue ſpẽs. ſiue dr̃ia formaliter ꝛ intrinſece ꝯſtituẽs ſpẽm ꝑ q̃ genus diuiditur neceſſe eſt eẽ ens poſitiuũ impoſſibile eſt ꝙ diuiſio generis fiat per priuationẽ aut negationẽ. ¶ Uerꝫ qꝛ vt ſepe eſt dictuʒ. dr̃ie reꝝ cõiter ſunt nobis ignote. ſpẽs etiã nõ ſemꝑ ꝓprijs noĩbus nũcupant̃. hic eſt ꝙ circũloqmur eas per aliqua vocabula q̇bus. qñq; addim⁹ ꝑticulaʒ priuatiuã vel negatiuã. ꝛ tũc diuiſio generis dr̃ fieri ꝑ ꝯdictoria ꝛ priuatiue oppoſita. tñ ꝑ negationẽ aut priuationẽ poſitã in diuiſione circũloquimur ꝛ intelligim⁹ aliq̇d poſitiuũ ſpẽm vel differẽtiam. ¶ Ex his pʒ q̇d dicendum ad argumenta hinc inde. Utrũ aũt differẽtie aut ſpẽs ꝑ q̃s genus diuiditur ſint ꝯrie. dubiũ eſt in gñe ſubẽ ꝛ q̃ʒtitatis in quibus negatur eẽ ꝯrietas ꝑ ari. in ꝓdicamẽtis tñ ibi declaratũ eſt in q̇buſdã q̃õnibus. quere ibi.

Contrarioꝝ vero oppoſitio dubitatur fortaſſe ſm priuationẽ ꝛ habitũ eſſe videat̃. vt albũ ꝛ nigꝝ. an albũ quidẽ priuatio nigri ſit; nigrũ vero albi. Sed hec alias. Nũc aũt ita tractandũ ẽ tanq̃ʒ ſi ſit aliud oppõnis gen⁹. ſicut eſt ꝓdicamẽtis ab ipſo quoqʒ Ariſtotele diſpoſitũ.

¶ Hic vt dicebatur. ſ. inq̇rit boetius quõ ꝯria admittũtur ad diuiſionẽ gñis. vbi ſic ꝓcedit. primo facit qõ eſt. ſcdo declarat quoddã ſuppoſitũ nũc ꝛ prius ibi (fieret etiã diffõ) prima pars diuiditur in. 2. primo tangit quoddã dubiũ de ꝯtrarijs. ſcdo oſtendit ꝓncipale intentũ. ibi (in ꝯrijs vero) dic̃ ergo ꝙ forte aliqs dubitaret an oppoſitio ꝯrioꝝ ſit eadẽ qõ oppoſitio ſm priuationẽ ꝛ habitũ. qõ vr̃. nã albũ ꝛ nigrũ que opponũtur ꝯrie ſic ſe habẽt ꝙ albũ videt̃ eẽ priuatio nigri ꝛ ecõuerſo nigrũ priuatio albi. ſʒ hec qõ alias inq̇renda eſt. nõ modo. nũc aũt ſupponẽdũ ẽ ꝙ ꝯrietas ẽ alia ſpẽs oppõnis q̃ʒ ſm priuatõeʒ ꝛ habitũ. ſicut pʒ ꝑ ari. ĩ ꝓdicamentis. ¶ Notandũ ꝙ ꝯrietatẽ eẽ aliã oppõnẽ ab hitu ꝛ priuatione pʒ. tũ auctoritate ari. in ꝓdicamẽtis. c. ꝺ oppoſitis. vbi diſtinguit. 4. ſpẽs oppõnis que h̾ ſupius ſũt recitate. tũ etiã per rõnẽ. qꝛ. ſ. in ꝯrietate vtrũqʒ extremũ ẽ aliq̇d poſitiuũ. tam enĩ albuʒ q̃ʒ nigrũ eſt forma aliqua poſitiua: ſilr̃ eſt de alijs. ſed in habitu ꝛ priuatione non eſt ſic. priuatio enim formaliter nihil ponit cum ſit pura negatio. ꝛ purum nihil. ¶ Secũdo ibi.

¶ In ꝯtrarijs aũt generꝝ multa diuiſio eſt. Fere enĩ cunctas dr̃ias in ꝯtraria ducimus. Sed qm̃ ꝯtrariorum alia ſunt medio carẽtia. alia mediata. ita quoqʒ diuiſio faciẽda eſt vt colorum. alia ſunt nigra. alia ſunt alba. alia neutra.

Oſtẽdit propoſitũ quõ ſcilicet diuiſio generis fiat ꝑ cõtraria di. ꝙ multotiẽs: diuiſio generũ fit per contraria. imo fere oẽs differentie per quas genus diuidit̃ ſunt ꝯrie. ꝛ ſubdit quõ fiat talis diuiſio. nã contrariorum q̃dam ſunt mediata quedam ĩmediata. qñ ergo ſunt mediata ipſa ẽt media ponenda ſũt in diuiſione generis hoc modo. coloꝝ alia ſunt alba alia nigra alia neutra. ideſt nec alba nec nigra ſʒ media. ¶ Notãdũ ꝙ vt iam dictũ eſt in ꝓdicamẽtis ꝯtrarietas dr̃ duplr̃. ꝓprie ꝛ tranſumptiue. ꝛ dicta trãſumptiue ĩuenit̃ in oĩb⁹ dr̃ijs ꝛ ſpẽb⁹ diuidẽtib⁹ aliqŏ gen⁹ iuxta illud. io. meta. dr̃ia ſpẽꝝ eſt dr̃ia ꝯrietatis. ꝛ h̾ eſt qõ h̾ dicit boetius ꝙ fere oẽs dr̃ias. i. ꝯrias ducim⁹. vtꝝ aũt ꝯrietas ꝓprie ſũpta ſit in omni gñe ſpãlr̃ in ſubã ꝛ q̃ʒtitate ibi q̃ſitũ fuit. iõ taceo quoad preſens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fieret autem oĩs diffinitio. oĩſqʒ diuiſio duobus terminis: niſi: vt ſupra dcm̃ eſt: ĩdigẽtia que ſepe exiſtit in noĩe ꝓhiberet.

Declarat qõdã ſuppoſitũ. dixerat. n. ſupra ꝙ ſi eẽt copia vocabuloꝝ oĩs diffinitio daret̃ tñ ex duob⁹ terminis. h̾ declarat h̾ addẽs ꝙ idẽ eẽt de diuiſione. vbi ſic ꝓcedit. ꝓmo illŏ dcm̃ repetit di. ꝙ oĩs diffinitio ꝛ oĩs diuiſio fieret ex. 2. terminis niſi ſupp̃. h̾ ꝓhiberet ĩdigẽtia noĩuʒ. vt ſuperius dcm̃ fuit de diffinitione. ¶ Secũdo ibi.

¶ Quo aũt modo vtreqʒ duob⁹ terminis fierẽt. erit manifeſtũ hoc modo. Cũ. n. dico aĩaliũ alia rõnalia ſunt. alia irrõnalia. aĩal rõnale ad hominis diffinitionẽ cõtendit. Sed qm̃ aĩalis ratiõalis vnũ nomẽ nõ eſt poſitũ ponamus ei nomẽ. a. litterã. Rurſus. a. littere qŏ eſt aĩal rõnale. alia mortalia ſunt. alia ĩmortalia. Uolẽtes igit̃ diffinitionẽ hoĩs reddere dicem⁹. homo ẽ. a. mortale. Nam ſi eſt hominis diffõ aĩal ratiõale mortale. animal vero ratiõale per. a. litterã ſignificat̃. idem ſentit. a. mortale tãquam ſi diceretur aĩal rõnale mortale. a. enĩ: vt dictum eſt: animal rõnale ſignificat. Sic ergo. a. littera ꝛ mortali duo-

bus terminis facta eſt hois diffinitio. ꝙ ſi repe-rirentur in oibus quoqꝫ noia duobus terminis ſemper tota fieret diffinitio.

Illud dictum pertractat ⁊ exponit.⁊ diuiditur in duas.primo oſtendit illud de diffinitione.ſecundo de diuiſione.ſecũda ibi(diuiſio vero)dicit ergo ꝙ hoc qđ dictuꝫ eſt manifeſtum eſt hoc modo.quia dicendo animalium alia ſunt rationalia alia irrationalia.ly animal rationale tendit ad diffinitionem hominis.ſed quia animal rationale non habet vnum nomen imponatur ſibi.et ſit.a.poſtea diuidatur ſic.a.i.animal rationale.alia ſunt mortalia alia imortalia.⁊ tũc diffinitio habetur hominis completa conſtans ex ſolis.z.terminis.hec ſcilicet homo eſt.a.mortale.quia ly.a.tantum valet quantum animal rationale.et ideo dicere.a mortale eſt dicere animal rõnale mortale que eſt tota hominis diffinitio.ſimiliter eſſet in omni alia diffõne ſi ꝓpria noia haberentur: ꝙ ex.z.tãtũ terminis cõſtaret.❡ Poſtea ibi.

❡ Diuiſio quoqꝫ noibus poſitis quoniã ſemper in duos terminos ſecat̃ manifeſtuꝫ eſt:ſi qs generi ⁊ dr̃ie cum deeſt nomẽ ĩponat. vt cum dicimus figuraꝝ que ſunt trilatere. alie ſunt eqlatere.alie duo latera habẽtes eq̃lia.alie tote inequales ſunt. Trina igit̃ diuiſio ſi ſic ꝓferret̃ fieret duplex. figurarũ que ſunt trilatere alie ſunt eq̃les. alie ineq̃les. Ineq̃liuꝫ alie ſunt duo latera tantũ habẽtes.alie tria ineq̃lia ideſt oĩa. ⁊ cuꝫ dicimus rerũ oĩum alia ſunt mala.alia ſunt bona: alia indifferẽtia.que ſcilicet neqꝫ bona.neqꝫ mala ſunt ſed ſi ita diceret̃ gemina fieret diuiſio. Reꝝ oĩuꝫ alia ſunt differẽtia.alia indr̃ia. Differentiuꝫ alia ſunt bona alia mala. Ita ergo diuiſio omnis in gemina ſecaretur.ſi ſpeciebus ⁊ differentijs vocabula non deeſſent.

Oſtendit idẽ đ diuiſione di.ꝙ ſilr̃ manifeſtũ eſt ꝙ diuiſio fieret i.z.terminis ſi noia ꝓpria poſita eẽnt.⁊ pꝫ ſicut ꝑus. ſi igitur ⁊ dr̃ie nomẽ imponatur. verbi gr̃a. vt dicẽdo. figurarũ que ſunt trilatere alie ſunt equilatere.alie hñtes.z. latera eq̃lia.alie tote inequales.hec enĩ diuiſio fit in.3. terminis ꝑꝑ cãꝫ dictã.ſꝫ illa terna diuiſio põt reduci ad duplicẽ ħ mõ.figurarũ que ſunt trilatere alie ſũt equales alie ineq̃les.i.oĩa aut habẽt latera equalia aut inequalia. ⁊ rurſum ſubdiuidatur alteꝝ mẽbrũ ſic.inequaliũ alie ſunt habẽtes tantũ.z.latera equalia.alie oĩa.3.inequalia.⁊ ſic diuiſio trimẽbris reducta eſt ad bimẽbrẽ.idẽ pꝫ in alio exemplo ſic dicendo.oĩum reꝝ alia ſunt bona alia mala alia indifferentia.ſic.i. nec bona nec mala.ſꝫ hec terna diuiſio põt reduci ad bimẽbrẽ ſic dicẽdo.oĩuꝫ reꝝ alia ſũt dr̃ia alia idr̃ia.⁊ itẽ fiat alterius ſubdiuiſio ſic.differentiuꝫ alia ſunt bona alia ſunt mala.❡ Ultimo ergo concludit ꝙ per hunc modum omnis diuiſio fieret ĩ gemina.i.in.z.ſi nõ deeſſent nomina ſpẽbus ⁊ differentijs per quas diuiditur genus. ❡ Ex hoc colligitur illđ vulgatũ dictũ ꝙ omnis diuiſio bona ẽ bimẽbris.qđ veꝝ eſt vel reducibilis ad bimẽbrẽ. ❡ Notandũ etiaꝫ ad euidentiã primi exempli ꝙ figura trilatera.i. triãgulus.3.ſpẽs habet.ſ. equilaterum iſochelem ⁊ gradatum.

Triangulus equilaterus dicitur qui habet omnia latera equalia.conſtat enĩ ex tribus lineis equalibus. ſed triangulus iſocheles eſt qui habet duo latera equalia.⁊ tertium inequale.gradatus autem dicitur qui habet omnia inequalia. vt patet ħ in figura.

Equilaterus



Iſocheles



Gradatus



❡ Sequitur illa pars.

❡ Quartã vero oppõnem diximus que eſt ſcđꝫ ad aliqd. vt pr̃ filius. dominus ſeruus. duplũ dimidiũ. ſenſibile. ſenſus. Hec igit̃ nullã habẽt ſubſtãtialẽ dr̃iam.q̃ a ſe inuicẽ diſcrepẽt. immo potius hñt huiuſmodi cognationẽ qua ad ſeinuicem referunt̃.ac ſine ſe eſſe nõ poſſunt.

❡ In qua inquirit de relĩue oppoſitis.an valeant ad diuiſionẽ gñis.⁊ diuiditur ĩ.z.ꝑmo premittit q̃dã ꝑambula. ſecũdo ex illis ɔcludit intentũ.ſ̃a ibi(nõ ẽ g̊ gñis)ꝑambula ſũt duo.ꝑ.n.oñdit q̃ ſũt relĩue oppoſita.ſcđo oñdit ꝙ oppoſita relĩue nulla oppoſita dr̃ia ſpecifica diſtinguũt̃ ibi(hec igitur nullaꝫ)dicit ergo ꝙ q̃rta oppõ eſt ſ̃m ſe ad aliquid .i.ſ̃ꝫ relationẽ.vt pater ⁊ filius opponunt̃ relatiue.ſilr̃ dñs ⁊ ſeru⁹.duplũ ⁊ dimidiũ. ſenſibile ⁊ ſenſus.ſcđm ponit ibi.(hec igitur) dicẽs.ꝙ hec q̃ dicta ſunt nullã habent dr̃iam ſubalem.i.eſſentialem ⁊ ſpecificam qua a ſe diſcrepent.i. diſtinguant̃.qđ ꝓbat.q2 habẽt talẽ adinuicẽ cõnexionẽ ⁊ cõconueniẽtiam ꝙ vnum ducit ĩ cognitionem alterius. mutuo.n.ſe diffiniũt.⁊ oꝫ in vtroꝛũqꝫ rõnib⁹ vtriſqꝫ vti ſ̃ꝫ por.

it⁹ nec poſſent eē ſine ſe inuicē.q2 poſita ſe ponūt.ꝛ perēpta ſe pimūt.ſ3 hec ñ pñt dici de illis que dñia ſubali.i.eēntiali ꝛ ſpecifica diſtiguūtur.ergo ꝛc.p3 etiā de ſe ꝙ pr̄ ꝛ fili⁹ ſunt eiuſdē ſpēi.dñs ꝛ ſeruus ꝛc. quantū ad illud qȯ ſunt in ſuo abſoluto.relōnes igitur addite fundamentis abſolutis nō diſtinguūt ea ſpecifice.❡ Ultimo ibi.

❡ Nō eſt ergo generis in relatiuas partes facienda diuiſio.ſed tota huiuſmodi ſectio a genere ſeparāda eſt. Neq3 enim hoīs eſt ſpēs ſeruus aut dominus nec numeri duplū aut dimidiū.

Concludit ex dictis intentū volēs ꝙ oppȯ reſiua nullo mȯ valet ad diuiſionē generis di.ꝙ quia ſic ē.ergo diuiſio generis non eſt facienda in partes reſiuas.ſ3 talis diuiſio totaliter eſt dimittenda ꝛ excludēda a diuiſione generis.nā ſpecies hominis nō ſunt ſeruus ꝛ dñs.imo ſūt eiuſdē ſpēi. ſimiliter nec ſpecies numeri ſunt duplum ꝛ dimidiū.ſilr ꝛ de alijs eſt dicendum.

Circa hanc vltimā lectionē ſunt duo dubia ꝑ modum qōnis.❡ Primū.vtrū rſiua opponantur.ꝛ videtur ꝙ nō.nam illa que ſe ꝯſequūtur ꝛ mutuo ſe ponūt non videntur eſſe oppoſita.ſed reſiua ſunt hȯ.vt dicitur h̄ī lſa. ergo ꝛc.❡ Ad oppoſitū3 eſt per boetium h.ꝛ Ari.in p̄dicamentis qui diſtiguit.4.ſpēs oppōnis.❡ Rn̄deo ꝙ dicere ꝙ ſunt oppoſita ꝛ ꝙ opponantur eſt vna rȯ talis. Illa que ſimul ī eodē eſſe poſſunt aliquo modo opponūtur.ſ3 reſiua ſunt hȯ quando ꝓprie accipiuntur.ſ.reſpectu eiuſde3.quia l3 idem ſit pater ꝛ filius reſpectu diuerſoꝝ.ꝛ idem duplū ꝛ dimidium ad diuerſa cōparatū.tñ reſpectu eiuſdē īpoſſibile eſt idē eē patrē ꝛ filiū.duplum ꝛ dimidiū.ergo ꝛc.❡ Ad argᵐ in oppoſitū dicendu3 ꝙ talis ꝯña ꝛ coexñtia mutua non impedit oppōne3.ſed ꝑpter mutuā dependentiā ꝛ ꝑ ꝓpriā rōne3 reſiui.eē.n.reſiui eſt quodam modo ad aliud. quia ad aliud quodam mȯ ſe h̄re.iȯ neceſſario e3 eſſe aliqd aliud.qȯ ſic p3.q2 ad nihil nihil pȯt dici nec dependere.

Secundum dubiū eſt vtrū diuiſio generis fiat qñ ꝙ ꝑ partes reſas.vr̄ ꝙ ſic.q2 in genere reſōnis genus ēt diuidit̄ per dñas.ſed ille dñe neceſſario ſunt reſiue vel reſōnes.ergo ꝛc.❡ Dicit̄ a quodā ꝑ arg⁹ factum ꝙ vtiq3 in genere reſōnis faciunt reſiua diuiſionē generis.quia ī omni genere op3 ꝙ ſint dñe diuidētes.ꝛ ibi nō poſſunt eſſe niſi reſiue.ſed in alijs gn̄ibus nō ſiunt diuiſiones per reſiua.ꝛ ſic boetius intellexit.Sed illa rȯ nō valet.tū q2 eſt ꝯ mentē boetij qui dicit ꝙ totaliter illa diuiſio eſt excludēda a diuiſione generis.ſi totaliter.ergo in nullo genere eſt admittēda.tum quia forte in genere reſōnis nō ſunt reſiua.aut reſōnes formaliter.alias gen⁹ ſaltē generaliſſimū p̄dicaretur ȯ differētia.q2 p̄dicatur ȯe omni reſone aliter nō eēt generaliſſimū.genus aūt nō predicatur ȯ dña vt dña eſt.❡ Aliter ergo dicendū ꝙ dictum boetij eſt vlr veꝝ de oī gn̄e.❡ Ad arg⁹ dicēdū ꝙ vel dñe ī gn̄e reſōnis nō ſunt formaliter reſiua.vel dato ꝙ ſic non ſunt oppoſita reſiue.nō eni oīa reſiua opponūtur.vt pater ꝛ dñs ſimile ꝛ equale ita ibi.vt dato ꝙ in gn̄e reſōnis ſit iſta pma diuiſio qdā eſt equipantie quedā diſquipantie.hec duo non opponuntur reſiue.quia nec adinuice3 referuntur.ſed ſunt due differentie ꝯrie vel diſpate. ❡ Tūc vltimo ſeqr̄ illa ps.

❡ Cū igitur quattuor ſint differētie oppoſitionū affirmationis: ꝛ negationis: ſi nō neceſſe ē: ſemper tamen relationis reijcienda eſt diuiſio priuationis ꝛ habitus: ꝛ ꝯtrarioꝝ ſumende. Maxime autē ꝯtrarietas in differentijs ponenda eſt. nec nō ꝛ priuatio idcirco quoniā quiddam ꝯtra habitū cōtrariū videtur opponere. vt eſt finitum ꝛ infinitu3. Quāquā enim priuatio ſit īfinitum tamē cōtrarij imaginatione formatur. Eſt quedam nāq3.vt dictū eſt.forma.

Poſtꝙ oñdit quȯ oēs ſpēs oppōnis ſe habēt ad diuiſione3 generis:compat eas adinuicē oñdens ſm quā oppōnē magis opponūtur ea que diuidunt gen⁹.vbi ſic ꝓcedit.p̄ tāgit illud qȯ dictū eſt ȯ ꝯdictione.di.ꝙ cum.4.ſint dñe.i.ſpēs oppōnis illa que eſt affirmationis ꝛ negatiōis nō eſt neceſſe ſupp.ꝙ veniat in diuiſionem generis.niſi cogat penuria vocabuloꝝ.vt oſ̄ſum.ē. Scȯo tangit illud ꝙ dictū eſt de relatiue oppoſitis di.ꝙ oppȯ reſōnis ſemper reijcienda eſt a diuiſione generis. Tertio eligit ſilr oppōne3 ꝯria3 ꝛ priuatiuā di.ꝙ diuiſio priuationis ꝛ habitus.ꝛ etiā ꝯtraria ſumende ſunt. Quarto compat has duas adinuicē di.ꝙ maxime contrarietas ponenda eſt in diuiſione generis.ſed ēt priuatio.cuius cā3 ſubdit volēs ſic arguere.ꝑ vnūquodq3 ꝛ illud magis.ſed priuatiue oppoſita ponūtur in diuiſione generis pro quanto habent aliquo modo naturā ꝯtrarietatis.ergo cōtrarietas magis eſt ponēda.huius rōnis mi.ponit in lra di.ꝙ idcirco priuatio eſt ponēda in diuiſione.qm̄ videtur ꝯ habitū opponere quiddā cōtrariu3.i.h3.q.rōne3 ꝯrij reſpectu habitus.vt hic finitū eſt infinitū que opponū tur priuatiue.q̄ꝙ eni infinitū ſit priuatio.tñ h3 imaginē.i. ſimilitudinē ꝯrij.q2 vt predictū ē priuatio ē quedā forma modo quo ſuperius expoſitū eſt.

DIgnum vero īquiſitu eſt. vtrum in ſpecies an in dñas recte genera diuidant. Diffinitio nanque diuiſionis generis eſt in ſpecies primas diſtributio. Oporter igitur ſcōm naturā diuiſionis ſcōm diffinitionem in ꝓprias ſpecies ſemper fieri generis diſgregationem. Sed hoc interdum fieri nequit propter eam quam ſupra reddidimus cauſam. Multis enim ſpeciebus non ſunt nomina.

❡ Poſtꝙ boeti⁹ declarauit.2.ꝓprietates de dñijs q̄ diuidūt gen⁹.ſ.ꝙ debēt eē ꝑ ſe ꝛ oppoſite.nūc oñdit tertiā.ſ.ꝙ dēbet eē ꝓprie ꝛ prime.vbi ſic ꝓcedit.pmo circa diuiſione3 gn̄is monet ꝛ ſoluit q̄dā dubitationē.2° ex illa oñdit ꝓpoſitū ꝛ itentū ibi( h aūt ſit )q̄ſtio autē eſt vtꝝ diuiſio gn̄is debeat fieri in ſpēs.vel in dñas.circa qȯ duo facit.pmo qōne3 ptractat arguēs ꝑ ꝛ ꝯ.ſcȯo eā determinat ibi( atq3 iȯ )pma pars diuidit̄ in.2.pmo ar.ad vnā partē.ſ.ꝙ diuiſio gn̄is d3 fieri ī ſpēs.ſcȯo ad aliā.ſ.ꝙ d3 fieri in dñas.ſcȯa ibi( ſ3 h iterdū ) pmo ergo ꝓponit qōnem.d.ꝙ dignum eſt ingſitu.i.ingſitiōe.vtꝝ gn̄a debeāt diuidi in ſpēs aut in dñas:ꝛ ſtati pbat ꝙ in ſpēs.arguēs a diffōne tali di.q2 ſi q̄rit̄ qd eſt diuiſio generis.rn̄det̄ ꝙ eſt diſtributio in primas ſpēs.ꝛ hec eſt diffō ei⁹.ḡo3 ſm nā3 diuiſionis gn̄is ꝛ ſuā diffinitionē ꝙ diuiſio gn̄is in ꝓprias ſpēs ſemp fiat.❡ Scȯo ibi( ſed h interdū ) ar.ad aliā partē ſic.multis ſpēbus noīa nō ſunt īpoſita.ḡ ꝛc. diuiſio nō pȯt fieri in ſpēs:ꝛ ꝑ ꝯñs h3 fieri ꝑ dñas.dicit ḡ ꝙ h.ſ.ꝙ ſit diuiſio gn̄is ī ſpēs negt fieri ꝑ cā3 ſupradictā.ſ.q2 multis ſpēb⁹ nō ſūt noīa īpoſita.ḡ ꝛc.❡ Deide cū dicit.

❡ Atq3 ideo quoniā quedam ſunt genera prima quedā vltima: quedam media: primum quidem vt ſubſtantia. vltimū vt animal: medium vt corpus. corpus nāq3 animalis genus eſt. ſubſtātia corporis. Sed quemadmodū neq3 ſuper ſubſtātiā qcꝙ īueniri poteſt qȯ generis loco valeat collocari. ſic neq3 ſub aīali. hȯ ſpēs nāq3 nō gen⁹ ē.

Determinat qōnem. vbi. ⁊. facit. primo p̄mittit de genere quandā diſtinctionem. ſcdo ex illa cōcludit quādā ſolutionem ibi (q̄re antiquior) diſtinctio. eſt iſta ꝙ generū qōdā eſt primū. ſ. generaliſſimū qd nō habet ſuper ſe aliud ſuperueniens genus. quoddā eſt mediū ⁊ ſubalternuz. quoddā eſt infinitū quod infra ſe nō habet genus aliud. ſed tātū ſpēs. dicit ergo ꝙ q̄dā ſunt prima gn̄a q̄dā vltima. q̄dā media. p̄mū q̄dē vt ſub̄a. q̄ eſt gn̄aliſſimū. vltimū āt vt aīal. mediū vt corpus. corpꝰ nanq; eſt ſpecies ſub̄e ⁊ genus aīalis. ideo ſequitur ꝙ eſt mediuz. ſed ſub̄a ideo eſt primū genus. quia ſupra ſub̄az nihil ſit iueniri qd ſit genꝰ. ens. n. nō ē genꝰ. ſilr aīal eſt vltimū genꝰ. q ſub aīali nihil pōt inueniri qd ſit genus. homo eni qui eſt ſub aīali eſt ſpēs ⁊ nō genus. ¶ Sed videtur boetius ſibi ꝯdicere. h. n. dicit ꝙ aīal eſt vltimū genus. ſupius dixit ꝙ ſub aīali ꝯtinetur aīal rōnale qd eſt genus. quia vlteriꝰ diuidit̄ p mortale ⁊ īmortale. ¶ R̄ndeo dico. vno mō ꝙ h̄ intelligit ꝙ aīal eſt vltimum genus vno noīe noīatū. lz ergo ſub aīali cōtineat̄ aīal rōnale mortale. nō tn̄ ſignificatur vno noīe. ſed pluribus. ¶ Alr dr̄ ⁊ meliꝰ ꝙ ſupius locutꝰ eſt ſm opi. vulgi. q dicit mortale eē dr̄iam ſpecificā hominis. ⁊ p cōſequēs. aīal rōnale eſſe genꝰ. h aūt loquitur ſm opi. veriorē. q ſm rei veritatē. aīal eſt vltimū genus. ⁊ animal rōnale eſt diffinitio hominis ⁊ non genus. ¶ Secundo vero ibi.

¶ Quare antiquior videbit̄ ſpeciei diuiſio. ſi idigētia nominum nō ſit. ꝙ ſi his nō abūdamus: genera prima vſq; ad vltima conuenit in differentias ſeparare.

Cōcludit ſolutionē dicte qōnis ex data diſtinctiōe. di. ꝙ antiqor ⁊ verior ⁊ magis auctētica videt̄ diuiſio q̄ eſt in ſpēs ſi nō ſit indigentia noīum que īpediat. vnde ſi his. ſ. noībus proprijs nō abūdamꝰ. oz diuidere tā prima genera q̄ꝫ alia vſq; ad vltimū per dr̄ias. Patet ergo ſolo per diſtinctōez. q vel habemꝰ noīa ꝑpria ſpēꝝ vel nō. ſi primo mō diuiſio generis eſt facienda in ſpēs. ſi ſcdo mō facienda eſt p dr̄ias ⁊ hoc idē iā ſuperiꝰ fuit dictū. ¶ Notādū ꝙ hoc qd ſepe dictū eſt in hoc libro ꝙ multis ſpēbus nō ſūt noīa īpoſita. ſic intelligēdū ē nō q̄n aliq̄bus nominibus ſignificentur. quia quicq̄d ꝯtingit ītelligere ꝯtingit ſignificare. ſed q nō ſignificātur per vnū nomē ꝑpriū. ſed per plura. vt pz de exēplo ſupius poſito. aīal rōnale dicatur. a. ¶ Notandū etiam ꝙ colligitur ex p̄dictis diuiſionez generis in ſpēs eſſe magis ꝑpriam ⁊ per ſe q̄ꝫ in dr̄ias. qd pz. q ſm boetium diuiſio ī dr̄ias nō. eſt niſi caſualis ⁊ occaſionata reſpectu illius. quia niſi eēt carentia vocabuloꝝ. ſemp genꝰ in ſpēs diuideretur pz etiā ex alio. q tūc ſaluatur. ꝙ diuiſum predicat̄ de diuidentibꝰ. genꝰ eni predicatur de ſpēbus ⁊ nō de differentijs ſm ari. 4. topi. q̄ꝫ plurimū tn̄ diuiſio generis fit p dr̄ias. ꝓp cām dictā. ¶ Occurrit aūt dubiū q̄re an̄ iſtā tertiā ꝯditionē dr̄ie inq̄rit iſtā qōnē. an diuiſio generis fieri debeat p ſpēs an p dr̄ias potius q̄ꝫ an̄ duas primas. Dicitur ꝙ h̄ fuit magis neceſſariū. nā cognito in que genus habeat diuidi. q. ſ. in ſpēs per ſe ⁊ ꝑprie ſcimus ꝙ in ꝓpinquas ſpēs. ergo ⁊ cū diuiditur ī dr̄ias. ſilr ī ꝓpinquas dr̄ias diuidet̄. ideo vtile eſt hāc ꝯclōnē noſce ad hāc cōditionē tertiaz cognoſcēdā. ¶ Deinde cum dicit.

